BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 H
20

XXI G 1

Mihi Ang. Hi. Cinori Rancae dono traditus
ab authore

11-25.K.6

Digitized by Google

THEODOSII RVBEI
PRIVERNATIS
HORARIVM VNIVERSALE
PERPETVVM

IN VNIVERSO TERRARVM ORBE,
Singulis Anni diebus Lucis diurnæ tempora, & temporum vices iuxtà quatuor Horarum genera, determinans.

Eccleſiaſticarum etiam functionum, Officij Diuini, Celebrationis Miſſarum, Acquiſitionis Indulgentiarum, & Obſeruantiæ Ieiuniorum in Horis, & Minutis terminos definiens.

Cum breui Epilogo Correctionis Anni, multiſquè alijs in ſequenti pagina expreſsis.

OPVS pro particularibus locis pluries impreſſum, nunc autem pro omnibus locis, & perſonis, ad totius Mundi machinam multorum annorum vigilijs elaboratum, & ampliatum.

AD S.D.N. VRBANVM VIII.
PONT. MAX.

CVM EIVSDEM PRIVILEGIO AD ANNOS XX.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, Ex Typographia Vaticana. MDCXXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

S V M M A

Contentorum in præſenti HORARIO.

QVÆ præcipuè tria ſunt, quotidianus Solis Curſus tempora quotidiana Eccleſiaſticarum functionum, quæ à dicto Solis Curſu dependent, & breue Compendium Correctionis Anni.

ITA vt primò, in Vniuerſo Terrarum Orbe, vtroquè Hemiſphærio Boreali, & Auſtrali comprehenſo in omnibus Poli vtriuſquè eleuationibus, ſingulis Anni diebus, perpetuis temporibus, iuxtà quatuor Horarum genera innoteſcant Horæ, ac Minuta quantitatis Dierum, & Noctium. Ortus, & Occaſus Solis, Meridiei, ac Mediæ noctis, & Auroræ, & Crepuſculorum, cum eorum Curſu in omni Mundo per ſingulas pariter Poli eleuationes. Necnon initia, & finis Lucis continuæ Solis exiſtentis ſuprà, & infrà Horizontem ſuprà circulum, ſiue paralellum Crepuſculorum, ac etiam Tenebrarum continuarum, cum regula hæc omnia ſupputandi. Cum incremento Dierum, & Noctium in omnibus menſibus, in omnibus pariter vtriuſquè Poli eleuationibus, in Horis, Minutis, & Secundis, quæ eſt res valdè iucunda.

Secundò in ijſdem etiam locis, temporibus, & horarum generibus ex dicto Solis Curſu, terminantur Horæ, ac Minuta Eccleſiaſticarum functionum, videlicet, Officij Diuini, quod ſeptem Horis Canonicis continetur, quarum tempora habentur pro ſingulis diebus in quatuor Horarum generibus à Cap.26. vſquè ad 29. diſtincta per Arcus Semidiurnos non excedentes Horas 12. cum omnibus Minutis, quod à nullo, quem viderim, hucuſquè factũ vidimus cũ dato quolibet Arcu Semidiurno in ictu oculi ſciri poſſint Horæ, & Minuta Horarum Canonicarum in omnium quatuor horarum generibus.
Celebrationis etiam MISSARVM, quoad eius initium, & finem, prout etiam acquiſitionis INDVLGENTIARVM, & obſeruantiæ IEIVNORVM tempora in Horis, & Minutis habentur in dictis locis, temporibus, & omnium horarum generibus, ex Aurora, Media nocte, Meridie, Veſperis, & Occaſu Solis.

Conſulendo etiam ijs, qui in Tabulis Aſtronomicis non ſunt verſati, vel recurrere ad dictas Tabulas negligunt, in initio libri poſt multa Capita circà Horas Canonicas vtilia, ac neceſſaria, in Cap.22. Tabulas extendimus XXXI. pro ternis vtriuſquè Poli eleuationibus, terniſquè totius Anni diebus, perpetuò indicantes Horas Canonicas, aliaſquè præfatas Eccleſiaſticas functiones, multaquè alia, vt in eis eſt videre, iuxtà varia Horarum genera pro diuerſitate Regionum, ex quibus tamquàm ex Ordinarijs prædicta omnia ſtatim innoteſcunt. Abſoluuntur autem iſta omnia beneficio decem Tabularum Vniuerſalium Perpetuarum.

Tertiò deniquè concluditur præſens Horarium Anni Correctione à fel.rec. GREGORIO XIII. facta, cuius breue Compendium placuit hic ſigilli loco apponere, cum non ab omnibus ſit plenè cognita, & à multis deſiderata, & non omnibus datum ſit magnum volumen ſuper ea à Clauio editum. In qua inter alia duo præcipuè ſatis notabilia, & memoranda ſcelegimus, & ab Eccleſiaſticis in eorum Breuiarijs, & Miſſalibus notanda. Primum eſt Tabula Nouiluniorum Perpetua quacumquè Epacta currente in omnibus Anni menſibus. Ex qua facilè cognoſcitur Luna Paſchalis, cuius nimirum Luna decimaquarta, includendo diem Nouilunij, cadit in diem 21. Martij, in quam diem incidit Æquinoctium Vernum, vel dictam diem 21. proximè ſequitur, nam quæ præcedit ad vltimum menſem non ad primum ſpectat. Secundum verò, quod Paſchæ ſolemnitas, vno eodemquè die in omnibus Mundi partibus eſt celebranda :|In qua re licet ambigant multi, tamen iſta eſt veritas à Concilijs definita, vt dicetur in Cap.38.

† BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Torniellus Viceſgerens.

IN hoc Libro, quem Perilluſtris, atquè Excellens Auctor D. Theodoſius Rubeus, Horarium Eccleſiaſticum Vniuerſale Perpetuum inſcripſit, partem illam Theologicam ex Reuerendiſsimi P. Nicolai Riccardij S. A. P. Magiſtri auctoritate perlegi, nec ibi quicquam vel à recta fide, vel à bonis moribus alienum reperi. Quin potius cum viderim, opus pium eſſe, ac doctum, ac perſonis Eccleſiaſticis fructuoſum futurum, dignum cenſeo, quod ad communia commoda euulgetur.

Ita ſentio Stephanus Bubalus Societatis IESV
S. A. Pœnitentiariæ Theologus Conſultor.

EGO Chriſtophorus Grienberger è Societate IESV, Horarij Eccleſiaſtici Vniuerſalis Perpetui, Perilluſtris, & Excellentis Theodoſij Rubei Priuernatis, Sacræ Theologiæ, & I. V. D. partem illam, quæ Aſtronomica concernit mihi commiſſam, legi, eaquè qua par eſt diligentia perluſtraui, nihilquè reperi, quæ fidei, boniſquè moribus aduerſentur, ſed potius talia eſſe, quæ ſicut ab Auctore pro bono publico peculiari ſtudio, ac labore elucubrata ſunt, ita publica vt fiant iure ſuo poſtulare videntur. Datum Romæ in Collegio Romano 21. Septembris 1633.

Ego idem Chriſtophorus Grienberger.

Imprimatur,

Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Palatij Apoſt. Mag. Ord. Præd.

SAN-

SANCTISSIMO ET BEATISSIMO PATRI ET DOMINO NOSTRO VRBANO VIII. PONT. MAX.

THEODOSIVS RVBEVS PRIVERNAS S.

SOLIS Itinerarium (quod te non fugit Beatiſsime Pater) ita deſcribitur ab Eccleſiaſte. Oritur Sol, & Occidit, & ad locum ſuum reuertitur; ibiquè renaſcens, girat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem, luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Quo perenni, & ordinatiſsimo curſu in iſtis ſublunaribus pro varietate Meridianorum quotidie tres dies efficit. Primum ab ortu vſque ad ſequentis diei recurſum in idem ferè Horizontis punctum, quem diem naturalem appellamus. Secundum ab ortu in Occaſum, toto nimirum illo tempore, quo ſupra Horizontem commoratur, & hic dicitur dies artificialis. Tertium ab initio Auroræ, ſiue illuceſcentiæ Solis ante ortum, vſque ad eius deficientiam poſt eiuſdem Solis occaſum in fine Crepuſculorum: Et quia vulgus communiter appellare ſolet diem totum illud tempus, quo lumen apparet, includendo tempus Auroræ, & Crepuſculorum, ideò hic dies vulgaris denominatur. Verum quia in iſto curſu Solari, dierum, noctium, Auroræ, & Crepuſculorum quantitas non ſemper eadem quantitas perſeuerat, nec tempora ortus, & occaſus Solis, Meridiei, & mediæ noctis in iiſdem horis incidunt in vniuerſa mundi machina, neque in eadem Poli eleuatione, cum quotidie in Sphæra obliqua mutentur. Cæpi multis ab hinc annis obſeruare prædictas quantitates, & tempora in ternis anni diebus in hoc noſtro Polo Romano, quod poſtea ad ſingulos dies extendi, quæ opuſcula cum accepta eſſe cognoſcerem, & ab omnibus deſiderata ex nona eorum impreſsione, vlterius adhuc ea extendi ad ternas Poli eleuationes pro tota Italia, & in ea quæ Polo Romano reſpondet adieci tempora diuini officij.

Vlterius proſecutus ſum vltrà Italiæ terminos, & Solis ſequendo veſtigia, luſtrando vniuerſa in circuitu, vt diximus, idem, Deo benè fauente, in omni terrarum ambitu ſum aſſecutus longo annorum emenſo itinere, quod etiam fuſius aliquando apparebit ex noſtris Tabulis Aſtronomicis. Longum eſſet, Beatissime Pater, ea omnia, quæ in præſenti Horario continentur percontari. Hoc ſolum annuere ſufficiat, quod in eo habentur horæ, & minuta quantitatis dierum, noctium, Auroræ, crepuſculorum, temporum ortus, occaſus Solis, Meridiei, & mediæ noctis; Item horæ, & minuta temporis omnium Horarum Canonicarum, iuxtà quatuor horarum genera ſingulis anni diebus, perpetuis temporibus, & in vniuerſa mundi machina Boreali & Auſtrali, præcedentibus multis capitibus ad diuinum officium ſpectantibus, & concluditur cum breui compendio correctionis Anni in paucis capitibus compræhenſæ. Ex quibus omnibus apparet, quod nihil oritur omni ex parte perfectum, atque abſolutum, ſed omnia ſenſim, paulatimque dies ipſa perficiat. Rectè quoque Euripides, vt pleraque omnia, quod ſapientiores eſſe ſolent poſteriores cogitationes: cum quo congruit, & cohæret vulgatum illud prouerbium, quod Publio tribuitur, Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Laborem hunc meum qualiſcunquè eſt, Beatissime Pater, nemini arbitratus ſum rectius, quàm Sanctitati Tuæ dedicari poſſe, Archimedis ſequendo exemplum, qui nemini opera ſua iudicabat inſcribenda, niſi ei qui intelligens talium rerum, ac peritus fuiſſet: Quod cum ita ſit, quid ni hoc potiſsimum Sanctitati Tuæ deberetur donum, (ſi tamen donum dicendum eſt, id, quod qui dat, videtur accepiſſe) Et cui deſtinare iuſtius poteram has meas lucubrationes, quàm Pontifici Maximo? qui omnium ſcientiarum cognitione præter cæteros ita excellit, vt vel innatæ, vel penè diuinitus hauſtæ videantur, qui dignitatem cum doctrina adæquauit. Ingens planè ſe hic aperiret curriculum orationi meæ, Beatissime Pater, ſi vellem eam per ampliſsimum campum virtutum tuarum laxatis quaſi habenis immittere, ſed illas vt contraham facit perpetua, atque admirabilis Tua, & Tuorum modeſtia, qua ſoletis laudes exiſtimare iacula, & hoſtes credere laudatores. Sed quando hoc mihi nulla ratione conceditur, reliquum eſt, quoniam cogitur oratio per tuas veras, & debitas laudes tranſilire ieiuna, eandem concitatam ſemel effuſo curſu in ſilentium vertere. Illud ſolum dicam, vt Benedicat vnà mecum, & familiæ meæ, quæ pro Te aſsiduè orat, Deumque ſincerè precatur pro Tua incolumitate, vt ad magna quæ egiſti, maiora addas, & præclara multa, quæ inchoaſti, quæquè ſemper moliris, & meditaris, ad Dei gloriam, & Eccleſiæ vtilitatem feliciſsimè abſoluas.

VR-

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

MOTV PROPRIO,&c. Aliàs,ſicut nobis innoreſcit,per fel.rec.Paulũ PP.V. prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd dilectus filius Theodoſius Rubeus Clericus Terraciuen Diœceſis, & Cubicularius Apoſtolicus, ac tunc eiuſdem Pauli prædeceſſoris familiaris, & continuus commenſalis, ſpatio plurium annorum circà Deciſiones Rotæ Romanæ à diuerſis illius Auditoribus emanatas diligenrer inſudauerat,ex eiſquè ingentem notabilium, & exemplarium Concluſionum numerum deprompſerat, &.Cõcluſiones ipſas in plura Obſeruationum Rotalium Volumina, cum diuerſarum Quæſtionum à Doctoribus diſputatarum ad ſingulas materias additione redegerat; necnon etiam mulras alias eiuſdem Rotæ Deciſiones, alias ſcilicet concordantes, alias verò declaratas, quaſdam autem reuocatas, in vnum compilauerat, ac demum pleraſq.alias Deciſiones varijs Annotationibus,quemadmodũ in Deciſionibus Seraphini videre eſt, illuſtrauerat,& omnia huiuſmodi Volumina, & Opera ad publicã, & præſertim Iuris ſtudioſorum cõmoditatem,& vtilitatem imprimi facerc intendebat, in hoc verò non ſolum multũ laboris, ſed etiam graues ſumptus, & expenſas fecerat, & deinceps facturus erar,verùm dubitabat, nc aliqui ex alieno operè lucrum quærentes Volumina, & opera huiuſmodi poſtquàm in lucem prodijſſent,in magnũ ſui præiudicium,typis mandari facere præſumerẽt, idem Paulus prædeceſſor prædicti Theodoſij indemnitati, vt par erat, ea in parte prouidere, eumq. intuitu,& contemplatione tot laborum,& ſumptuum ſuorũ ſpecialis gratię fauorę proſequi volens, eidem Theodoſio,pro ſe,ac hęredibus,& ſucceſſoribus ſuis quibuſcumquè,vt ad *Quindecim Annos*,à Voluminum,& Operum prædictorum non ſolum prima, ſed etiam cum Additionibus,& Annotationibus vlteriori impreſſione numerãdos,nemo prorſus tàm in ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, & immediatè ſubiecto, quàm alibi vbicumque citrà, & vltrà montes prædicta, & quælibet alia ab ipſo Theodoſio deinceps duraure tempore *Quindecim Annorum* huiuſmodi etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem edenda Volumina, & Opera in toto, vel parte etiam cum Additionibus,& Annotarionibus, aut alirer quomodolibet ſine ſpeciali Theodoſij,eiuſq. hęredum,& ſucceſſorum eorumdẽ,vel ab eis Ius habentium licentia in ſcriptis habita imprimere,aut ab alio,vel alijs imprimi facere,ſeu impreſſa vẽdere, aut venalia habere, proponere, aut aliter edere, vel diuulgare,aut vt ſuprà vſuproprio habere, vel tenere poſſit, authoritate Apoſtolica conceſſit, & indulſit,ac omnibus,& ſingulis Typographis,Bibliopolis,ac librorum impreſſoribus,alijſq. quibuſuis perſonis tàm ſuæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ditioni in tẽporalibus mediatè, vel immediatè ſubiectis,quàm non ſubiectis,ac in quibuſcumquè Regnis,Prouincijs,Ciuitatibus, & locis conſtirutis ſub *excommunicationis maioris latæ ſententiæ*, à qua contrauenietes,niſi à Romano Pontifice,præterquàm in mortis articulo cõſtituti,abſolui nequirenr,& in ſua, & dictæ Sedis ditione prædicta,etiã ſub quingentorum ducatorũ auri de Camera,& amiſſionis librorum. pęnis, toties quoties contrauentũ fuerit ipſo facto,& abſquè declaratione vlla incurrenđ, ac pro vna Theodoſio,eiuſq.hæredibus,& ſucceſſoribus, ac Ius ab eis habentibus huiuſmodi, pro altera verò medietatibus Cameræ Apoſtolicæ applicandis,& irremiſſibiliter exigendis,nè,duranre tempore quindecim annorum huiuſmodi Volumina, & Opera prędicta in toto,vel in parte,cũ Additionibus,& Annotationibus,aut aliter quomodolibet, abſquè ſpeciali Theodoſij eiuſquè hæredum,& ſucceſſorũ,ac Ius ab eis habentium prædicta licentia in ſcriptis habita,imprimere, vel imprimi facere, aut venalia habere, proponere, ſeu aliter edere, aut diuulgare,vel etiam pro vſu proprio tenere quoquomodo auderent, ſeu præſumerent diſtrictus inhibuit: Mandans prętereà vniuerſis,& ſingulis Patriarchis,Archiepiſcopis,Epiſcopis,cęteriſq. Eccleſiarum,& locorum etiam regulariũ Prælatis,& in dicta ditione ſua etiam Legatis,& Vicelegatis dictę Sedis,eiuſquè ditionis Gubernatoribus,vt quoties pro Theodoſij,& hæredum ac ſucceſſorum,Iuſq. ab eis habentium prædicta parte requiſiti forent, vel eorum aliquis requiſitus foret, eiſdem efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes præmiſſa omnia in ſuis quiſque Eccleſijs,& Iuriſdictionibus,ad omnẽ Theodoſij,& hæredum, ac ſucceſſorum, iuſquè ab eis habentium prędictorum requiſitionem,contrà inobedientes,& rebelles,per cenſuras Eccleſiaſticas ſæpiùs aggrauando,ſeruata tamen forma Concilij Tridẽtini, aliaquè opportuna Iuris,& facti remedia authoritate Apoſt. exequerentur, inuocato adhoc, ſi opus foret,brachij ſecularis auxilio, prout in cedula Motus proprij deſuper expediti, cuius ſolã ſignaturã dictus Paulus prædeceſſor ſufficere,& vbiquè fidẽ facere in Iudicio,& extra illud voluit plenius continetur. CVM autem ea,quæ à Sede Apoſtolica approbantur,& confirmantur et ãſi ab ea proceſſerint,& emanarint,firmius ſubſiſtere,& meliùs ab omnibus obſeruari ſoleant. NOS igitur eiuſdem Pauli prædeceſſoris veſtigijs circà præmiſſa inherere, & dicti Theodoſij aſſiduè ad publicam vtilitatem,non ſine maximo ſuo incommodo,& in præſenti laborantis,vt apparet ex Singularibus Sacri

Palatij

Palatij Apoſtolici nuper editis,& nobis dicatis,indemnitati,& commodis conſulere volentes, Motu ſimili,& ex certa ſcientia deq. Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cōceſſionem, indultū,inhibitionem, & mandatum prædictum aliaq. omnia,& ſingula in dicta cedula contenta,cū omnibus,& ſingulis indè ſecutis,& ſequēdis,authoritate Apoſtolica tenore præſentium, ad *quindecim annos* prædictos approbamus,& cōfirmamus,ac etiā innouamus,& de nouo cōcedimus. Illiſq. inuiolabilis Apoſt. firmitatis robur adijcimus,ac omnes,& ſingulos tàm Iuris, quàm facti, ac ſolemnitatum quarumcūquè de vſu, Iure,vel conſuetudine,vel aliter quomodolibet requiſitarum, vel neceſſariarū, & quoſuis alios etiam quantumuis ſubſtantiales defectus,ſiqui deſuper quomodolibet interuenerint, in eiſdem ſupplemus. Prętereaq. dictos quindecim annos,qui adhuc durāt, ad alios *Quinque Annos* à fine ipſorū quindecim Annorum computandos,quibus durantibus nemo protſus tàm in ſtatu Eccleſiaſtico mediatè,& immediatè ſubiecto quàm alibi vbicumquè citrà,& vltrà montes prędicta,& quęlibet alia ab ipſo Theodoſio,etiam in alijs ſcientijs,& diſciplinis in lucem edenda Volumina,& Opera,in toto,vel parte,etiā cum Additionibus,& Annotationibus,aut aliter quoquomodo,ſine ſpeciali Theodoſij,eiuſq. hęredū, & ſucceſſorum,vel ab eis Ius habentium,licētia inſcriptis habita,imprimere, vel ab alio, vel alijs imprimi facere, ſeu impreſſa vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter edere, aut euulgare, ſeu etiam pro vſu proprio habere,vel tenere poſſit,omneſq. & ſinguli Typographi Bibliopolæ,& librorū Impreſſores,aliæq. perſonæ S.R.E. ditioni mediatè,vel immediatè ſubiectæ alijquè in quibuſcumquè Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & locis vltrà, & citrà montes conſtituti, durante *Quinque Annorum* huiuſmodi tempore,volumina,& Opera prædicta in toto,vel parte quoquomodo ſine ſpeciali Theodoſij, eiuſq. hęredū,& ſucceſſorū,ac Ius,& causā ab eis habētium, licētia inſcriptis habita huiuſmodi, imprimere, vel imprimi facere, aut venalia habere, proponere, edere, vel euulgare,aut etiam pro vſu proprio tenere præſumentes,*excōmunicationis maioris latæ ſententiæ*,à quā nonniſi à dicto Rom. Pont. præterquàm in mortis articulo conſtituti,abſolui nequeāt,& in dictæ Sedis ditione exiſtē etiam ſub quingentorū ducatorū auri de Camera,& amiſſionis librorū,pęnis toties quoties cōtrauentū fuerit, ipſo facto,& abſq. declaratione incurrendis,ac pro vna Theodoſio eiuſq. hęredibus,& ſucceſſoribus, Iuſq. ab eis habentibus huiuſmodi,pro altera verò medietatibus Cam. Apoſt. applicandis, & irremiſſibiliter exigendis,vt præfertur,incurrāt,& incurrere cenſeantur,Motu pari *prorogamus*, extendimus, & ampliamus. *De.ernentes* conceſſionē,indultū,inhibitionem,mandatū,aliaq. omnia in dicta cedula contenta,ac prorogationē,extenſionē,& ampliationem huiuſmodi,durante eorūdem *Quindecim,& Quinque Annorū* ſpatio validas,& efficaces,ac valida,& efficacia eſſe,& forè,ac ab omnibus,& ſingulis Typographis,Bibliopolis,& librorū Impreſſoribus,alijſq. quibuſuis perſonis tàm noſtræ S.R.E. ditioni in tēporalibus mediatè,vel immediatè ſubiectis,ac in quibuſcūquè Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus,& Diœceſibus conſtitutis, vltrà,& citra montes,& in qualibet Mundi parte ſub pęnis in eadem cedula contentis per contrauenientes ipſo facto, & abſquè alia declaratione incurrendis firmiter, & inuiolabiliter obſeruari,& adimpleri debere,ab illiſquè durantibus *Quindecim,& Quinque* reſpectiuè *Annis* prædictis,nullatenus quocūquè prætextu,colore,vel ingenio recedi, aut reſiliri poſſe. Sicq. per quoſcūquè Iudices,&c. etiam cauſarū Palatij Apoſtolici Auditores,ac eiuſdē S.R.E. Cardinales etiā de latere Legatos,& Vicelegatos,dictæq. Sedis Nūcios,ſublata,&c. Iudicari,&c. debere. Irritūq.&c. decernere,non obſtantibus præmiſſis,ac omnibus,& ſingulis, quæ in dicta cedula conceſſa ſunt non obſtan. cæteriſquè contrarijs quibuſcumquè cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio M.

ET cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et quod dictæ Cedulæ, & indè ſecutorum quorumcumquè tenor. etiam veriores, ac dat. haben. pro expreſſis ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint in literis. Et de approbatione,cōfirmatione,innouatione,conceſſione,roboris adiectione,defectuum ſuppletione, prorogatione,extenſione,ampliatione,decreto, alijſq. præmiſſis, vt ſuprà in forma gratioſa, in literis latiſſimè exten. Et quod præmiſſorum omnium,& ſingulorum,etiam denominationum, qualitatum, nuncupat. aliorumq. neceſſariorum maior,& verior ſpecificatio,& expreſſio fieri poſſit in literis, ſimul, vel ad partem, ac per breue noſtrum, ſeu officium minoris gratiæ expedien. ſeu ſi dicto Theodoſio videbitur *ſola præſentis noſtri Motus proprij ſignatura ſufficiat*, & vbiquè fidem faciat in Romana Curia, & extra eam, regula quacumquè contraria non obſtante, & quia difficilè foret præſentem noſtrum Motum proprium ad quælibet loca deferri, cū decreto quòd illius tranſumptis etiam in Voluminibus, & Operibus ipſius impreſſis eadem in Iudicio, & extrà fides vbiq. adhibeatur quæ ipſis præſentibus, & literis deſuper conficiendis huiuſmodi adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ; Et ne de præmiſſis aliquis ignorantiam prætendere poſſit, quod præſens Motus proprius in Acie Campi Floræ, & in Valuis Cancellariæ Apoſtolicæ affigi, & ibidem per Affixionem publicari debeat, & quod ſic affixus, & in ipſis operibus impreſſus inſertus perindè arctet omnes quos tangit, ac ſi eiſdem perſonaliter intimatus foret. Fiat M.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem duodecimo Kalendas Octobris Anno Secundo.

Anno à Natiuitate Domini 1624. Indict. 7. Pontificatus Sanctiſſimi D.N.D. *Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII Anno eius Secundo, die verò 28. menſis Nouembris retroſcriptæ literæ affixæ fuerunt in Acie Campi Floris atquè in Valuis Cancellariæ Apoſtolicæ per me Brandimartem Latinum* S.D.N. *Curſ.* Octauius Spada Mag. Curſ.

Regiſtrata lib. 2. Secret. fol. 109. Remigius. C. Petinus.

Google

AD LECTOREM.

Breuiſsimus præſentis Horarij Vſus.

NE quem libri moles, & magnitudo deterreat, hic in ipſius limine, pauca in eo contenta innoteſcent.

Tria præcipuè ſunt, quæ in præſenti Horario habentur, vt apparet ex ipſius frontiſpitio, nimirum, tempora diurni, & nocturni Solis motus, tempora functionum Eccleſiaſticarum, & Anni Correctio.

Primum quiſquè aſſequetur, ſi præcognita Ciuitatis, vel loci propoſiti (quæ eleuatione ex Cap.22. fol.84. & 85. Vel ex eodem Cap. fol.446. Poli Tabula eſt repetita, quia in priori erant omiſſæ locorū longitudines) vt in Vrbe Roma Polus eleuatur Grad.42. ferè.minùs quatuor minutis. Accedat poſtea ad Cap.24. in cuius Tabula 43. fol.499. quæ continet Arcus Semidiurnos, ideſt, mediam diei quantitatem omnium dierum totius Anni in dicta Poli eleuatione Grad.42.

Vndè ſi proponatur dies 28. Septembris, quæ hodiè currit, S.Michaeli Archangelo dicata, inuenietur eius Arcum Semidiurnum continere ho 5.min.54. Hic Arcus inuentus in Cap.30. in Tabula 6. Temporaria fol.632. inuenietur diei, noctiſquè quantitas; Necnon Horæ, & Minuta iuxtà omnium horarum genera, Ortus, & Occaſus Solis, Meridiei, & Mediæ noctis.

Et in eodem Cap.30 in Tabula Incrementi, & Decrementi dierum, & noctium, in eadem Poli eleuat. Grad 42. fol.638. diem decreuiſſe Hor.3. Min.4. Sec.24. tanto etiam tempore noctis quantitatem creuiſſe. Et ita etiam ſi eadem die deſideretur Auroræ, & Crepuſculi quantitas, habebitur in Cap.25. in Tabula ſimiliter 43. quod Aurora, & Crepuſculum quod eſt illi æquale, eſt hor.1.min.38. Et ita de quolibet alio loco, & die propoſita.

Secundum verò, quod ad functiones Eccleſiaſticas ſpectat, habetur perſiſtendo in dicta die 28. Septembris, & eodem Arcu Semidiurno hor.5.min.54. ſi ea die deſiderentur tempora Horarum Canonicarum iuxtà Horas ITALICAS, quæ ab Occaſu Solis numerantur, quærenda erit in Cap.26. in quo habentur tempora Horarum Canonicarum iuxtà omnes Arcus Semidiurnos in dictis Horis Italicis, in Tabulas 12. diſtincta, in quarum Tabula 6. fol.580. reperiuntur ad dexteram ipſius Tabulę Arcus Semidiurni ab hor.5.min.0. vſquè ad hor.6.min.0. Et in Arcu Semidiurno propoſito hor.5.min.54. ad ſiniſtram eiuſdem Tabulæ procedendo, inuenientur omnium Horarum Canonicarum tempora, iuxtà dictas Horas Italicas, nimirum, Matutinum contingere hor.9. min.9. tempore, ſcilicet intermedio inter Mediam noctem, & Ortum Solis, vt nos in præſenti ſupputauimus, licet alijs etiam Horis recitari poſſit, vt diximus Cap.17. à num.11. Tempus verò Horæ Primæ Canonicæ erit hor.12.min.12. & ita de ſequentibus Horis, in quarum fine habetur Diei, Noctiſquè quantitas, cum Noctis ſemiſſe, & Diei ſemiſſis eſt ipſe Arcus Semidiurnus.

Si verò in eadem die quærantur Horæ Canonicę iuxtà Horas Cōmunes, quę A MERIDIE, ET MEDIA NOCTE computantur, eæ habentur in Cap.27. in Tabula ſimiliter 6. vt de Italicis dictum eſt.

Si verò iuxtà Horas BABYLONICAS, quæ ab Ortu Solis incipiunt, erunt inquirendæ in Cap.28. in Tabula etiam 6. fol. 615. in qua in dicto Arcu Semidiurno hor.5.min.54. præfatas Horas Canonicas aſſequętur.

Si quærantur deniquè tempora Horarum Canonicarum iuxtà Horas INÆQVALES, recurrendum erit ad Cap.29. vbi fol.623. in præſenti Aurcu Semidiurno hor.5.min.54. inuenietur quantitas Horarum diurnarum, & nocturnarum, ex qua facilè habentur tempora Horarum Canonicarum iuxtà Horas Inæquales, vt dicitur in principio dicti Cap.29.

Hac ſeruata regula aſſequi facillimum erit quouis tempore, & loco propoſito tempora Horarum Canonicarum.

Quia tamen non omnes in Aſtronomicis verſati ſunt, placuit etiam facillimas proponere XXXI. Tabulas, vt eadem omnia quæ diximus, ipſis etiam abſquè vllo labore nota fiant, & iſte Tabularum numerus libri magnitudinem facit excreſcere.

Sin-

Singulæ ex iſtis Tabulis ad Ternos gradus Poli altitudinis compoſitæ ſunt, quarum quælibet abſquè ſenſibili differentia deſeruire poteſt pro duabus circumſtantibus Gradibus. Qua ratione Tabula Poli 42. eſt etiam per Grad.41. & 43. Et 45. pro 44. & 46. & ita de alijs.

In qualibet iſtarum Tabularum habentur menſes duodecim, in quorum ternis diebus, notata ſunt tempora initij Horarum Canonicarum, Celebrationis Miſſarum, Acquiſitionis Indulgentiarum, & Obſeruantiæ Ieiuniorum, quæ cum facilia ſint non egent exemplo. Et harum functionum Eccleſiaſticarum tempora facilè innoteſcunt exceptis Horis Canonicis, ex his quę dicuntur in Cap.19. 20. & 21.

Qui etiam harmoniam deſiderat Horarum Canonicarum ex ſucceſſiua in Vniuerſo Terrarum Orbe earum recitatione, videre poterit præter id quod breuiter dicitur Cap.22. fol.88. §. *Ex ſequentibus*, ea quæ habentur in eodem Capite poſt Tabulas fol.444. vbi habetur Supplementum dicti Capitis à num.8. & ſequentibus.

Tertium quod in hoc Horario habetur eſt breuę Compendium Correctionis Anni, ex Calendario Gregoriano. In qua inter alia, duo præcipuè continentur, vt diximus ſuprà in ſecunda pagina. Illud ſolum addam.

Quod miratus ſum aliquando, cum præfatus GREGORIVS XIII. maxima diligentia, ex ſollicitudine Annum correxerit, quod pertinet ad annuos Paſchæ, feſtorumquè ex eo pendentium recurſus, Solis, & Lunæ motu meriendos, quæ eſt vna pars Breuiarij, vt ipſemet aſſerit in Bulla deſuper edita, vbi quod id fecit de mente; & in executionem Concilij Tridentini, cum Breuiarij, & Miſſalis recognitionem ad Summi Pontificis arbitrium retulerint dicti Concilij Patres. Et quidem erratis vtriuſquè Anni Solaris, & Lunaris emendandis multi Summi Pontifices Romani, non pauca etiam Concilia generalia, plurimiquè viri grauiſſimi, & in rebus Mathematicis doctiſſimi manum admouere tentarunt. Vt ante Annos 870. & eò amplius, errata in Calendario Romano aduerterant Venerabilis Beda Anglosaxo, & poſt ipſum ante 250. Annos, vel amplius, Iſacius Argirus græcus Scriptor, & multi poſtea alij obſeruarunt, quorum ad longum fit mentio à Clauio in Proœmio dicti Calendarij.

Miratus, inquam, ſum aliquando, cur in initio Breuiarij, & Miſſalis non fuerit facta mentio, quod Gregorius XIII. Annum correxerit, vt fit de alijs Summis Pontificibus, præſertim in recognitione à Clemente VIII. facta, quæ proximè poſt dictam Anni Correctionem ſucceſſit. Maximè cum dicta correctio in Rubricis dictorum librorum extenſa habeatur. Et non ſolum ab ipſo Gregorio in dicta eius Bulla (quæ habetur infrà per extenſum poſita in Cap.39. Vbi narratur tota Correctio Anni) in §.15. appellatur, *Præclarum Opus. Et immenſa Dei erga Eccleſiam ſuam benignitate correctum, & abſolutum.* Sed etiam à Clemente VIII. in literis in forma Breuis Confirmationis dicti Calendarij, quæ habentur infrà Cap.40. Vbi in §.2. vocatur iſta Correctio Calendarij, *Magni laboris Opus, tantorum virorum induſtria, & ſtudio confectum.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

PROOEMIVM. Ad excitandum Eccleſiaſticos ad Officij Diuini recitationem cum gaudio, & exultatione. fol. 1.

CAP. I. De Officio Diuino. fol. 6.

CAP. II. De Requiſitis ad Diuini Officij recitationem, præmittendo aliqua de generali requiſito Signi Crucis, & Diuini Nominis inuocatione. fol. 7.

CAP. III. Qui teneantur Diuinum Officium recitare. fol. 24.

CAP. IIII. Qui excuſentur à Diuini Officij recitatione. fol. 28.

CAP. V. Qui Diuinum Officium non recitant, quas pęnas incurrant. fol. 29.

CAP. VI. De Campanis ſiue Tintinnabulis, & Nolis. fol 32.

CAP. VII. De Aqua Benedicta. fol. 38.

CAP. VIII. De Hymnis, Pſalmis, & Canticis in genere. fol. 40.

CAP. IX. De Cantu Eccleſiaſtico. fol. 41.

CAP. X. De Cantu Hymnorum. fol. 44.

CAP. XI. De Cantoribus Eccleſiaſticis. fol. 45.

CAP. XII. De Hymnorum Auctoribus. fol. 47.

CAP. XIII. De Antiphonis. fol. 54.

CAP. XIIII. De Pſalmis. fol. 55.

CAP. XV. De Horarum Canonicarum nomine. fol. 56.

CAP. XVI. De numero Horarum Canonicarum. fol. 58.

CAP. XVII. Septem Horę Canonicę quibus Horis Inæqualibus reſpondeãt. fol. 63.

CAP. XVIII. Septem Horæ Canonicæ, quibus Horis Italicis, à Meridie, & Media nocte, Babylonicis, & Inæqualibus reſpondeant ex calculo inquirere. fol. 69.

CAP. XIX. Miſſæ ſacrificium quibus diei horis poſſit inchoari, & finiri debeat ſingulis Anni diebus in Vniuerſo Terrarum Orbe, vbi Aurora habeatur. fol. 76.

CAP. XX. Ieiunium à qua hora ſeruari debeat à celebrantibus, & communicantibus in Vniuerſo Terrarum Orbe. fol. 80.

CAP. XXI. Indulgentiarum acquiſitio quibus horis incipiat, & compleatur qualibet die in Vniuerſo Terrarum Orbe. fol. 81.

CAP. XXII. Tabulę XXXI. earumquè vſus pro ternis vtriuſquè Poli eleuationibus, terniſquè totius Anni diebus, perpetuò indicantes Horas Canonicas, aliaſquè Eccleſiaſticas functiones iuxtà varia Horarum genera pro diuerſitate Regionum. fol. 82.

Supplementum ad hoc Cap 22. fol. 439.

CAP. XXIII. Horarum Canonicarum tempora reſpondentia Horis Italicis, Babylonicis, Communibus ſiue à Meridie, & Media nocte, & Inæqualibus pro varietate Regionum. Dierum, & Noctium quantitates. Horas Ortus, & Occaſus Solis, Meridiei, & Mediæ noctis in omnibus dictis quatuor Horarum generibus. Auroræ initium, & finem Crepuſculi, ſingulis Anni diebus in Vniuerſo Terrarum Orbe ex ſubiectis Tabulis Perpetuis perpetuò inuenire. fol. 449.

CAP. XXIIII. Arcus Semidiurni in Vniuerſo Terrarum Orbe ſingulis Anni diebus in perpetuum. fol. 450.

CAP. XXV. Crepuſculorum quantitas in Vniuerſo Terrarum Orbe ſingulis Anni diebus in perpetuum. fol. 524.

Vbi habetur Curſus Auroræ in Vniuerſo Terrarum Orbe. fol. 529.

CAP. XXVI. Horæ Canonicæ iuxtà Horas Italicas in qualibet vtriuſquè Poli eleuatione dato quouis Arcu Semidiurno, & eius Minutis non excedente Horas 12. fol. 581.

CAP. XXVII. Horæ Canonicæ iuxtà Horas à Meridie, & Media nocte numeratas, in qualibet vtriuſquè Poli eleuatione, dato quouis Arcu Semidiurno, & eius Minutis non excedente Horas 12. fol. 596.

Horæ

INDEX CAPITVM.

CAP. XXVIII. Horæ Canonicæ iuxtà Horas Babylonicas, in qualibet vtriuſquè Poli eleuatione, dato quouis Arcu Semidiurno, & eius Minutis non excedente Horas 12. fol.609.

CAP. XXIX. Horæ Canonicæ iuxtà Horas Inæquales, in qualibet vtriuſquè Poli eleuatione, dato quolibet Arcu Semidiurno, & eius Minutis non excedente Horas 12. fol.622.

CAP. XXX. Tabulæ Temporariæ Lucis diurnæ, noctiſquè ſucceſſiua tempora determinans, dato quolibet Arcu Semidiurno non excedente Horas 12. Necnon incrementi, & decrementi dierum, & noctium ſingulis Anni menſibus, in ſingulas vtriuſquè Poli eleuationes diſtincta, in quibus iſta varietas accidit. fol.630.

CAP. XXXI. De Anni Correctione, & Calendario Gregoriano. fol.640.

CAP. XXXII. De Phaſe, ſiue Paſchate Hæbreorum. fol.642.

CAP. XXXIII. De Sacro Paſchate Chriſtianorum. fol.643.

CAP. XXXIIII. De Neceſſitate Correctionis Anni. fol.645.

CAP. XXXV. In Calendario Gregoriano Æquinoctium Vernum qualiter in priſtinam ſedem fuerit reſtitutum. fol.646.

CAP. XXXVI. In Calendario Gregoriano Æquinoctium Vernum ad ſuam ſedem reſtitutum, qualiter in ea retineatur. fol.648.

CAP. XXXVII. Nouiluniorum, & ætatis Lunæ inuentio præmiſſa Tabula Epactarum, quæ hic expanſa habetur vſquè ad Annum 1756. fol.653.

CAP. XXXVIII. Quod vno, eodemquè die in omnibus Mundi partibus Sacroſanctum Paſcha ſit celebrandum, non ſolum in hoc noſtro Hemiſphærio Boreali, ſed etiam in Auſtrali. fol.656.

CAP. XXXIX. Calendarij Gregoriani Perpetui Literæ Apoſtolicæ Gregorij XIII. Pont. Max. fol.659.

CAP. XL. Literæ Apoſtolicæ Clementis VIII. in forma Breuis ſuper Calendarij Gregoriani Confirmatione, & Defenſione. fol.661.

THEO-

Digitized by Google

THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS

Sacræ Theologiæ, & V. I. D.

HORARIVM ECCLESIASTICVM VNIVERSALE PERPETVVM.

PROŒMIVM.

Ad excitandum Eccleſiaſticos ad Officij Diuini recitationem cum gaudio, & exultatione.

SVMMARIVM.

1 *Deus omnia, quæ dat, & donat, optima ſunt, & perfecta.*
2 *Sapientia cum omnis à DEO ſit, optima eſt, & perfecta.*
3 *Sapientiam DEVS ſolus largitur, & non eſt in alia ſchola quærenda.*
4 *in DEO ſunt abſconditi omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ.*
5 *DEVS eſt origo virtutum, & ſcientiarum.*
6 *DEVS eſt Dominus ſcientiarum.*
7 *Dauid Propheta edoceri cupiebat in ſchola DEI, etiam promiſſo præmio.*
8 *Salomon ſapientiam edoceri cupiebat in ſchola DEI.*
9 *Sapientiam DEVS largitur eam petentibus, & dat affluenter.*
10 *Ioannes Apoſtolus Sapientiam didicit recumbendo in Cœna ſuprà pectus Domini.*
11 *Ioannes Apoſtolus, quod in ſecreto bibit in pectore Chriſti, in manifeſto eructauit, & quæ iſta ſint ex S. Auguſtino.*
12 *Paulus Apoſtolus ad hanc cæleſtem ſcholam raptus audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*
13 *Materia licet ineffabilis, non propterea tollit, ſed tribuit fandi facultatem, cum non ſatis ſit quod dicitur.*
14 *Paulus Apoſtolus poſt raptum quos charitatis, & doctrinæ terminos traſcenderit.*
15 *Paulus Apoſtolus paucis verbis vniuerſum mũdum docuit dicendo, quod omnia quæ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.*
16 *Miracula Chriſtus faciebat non ſolum propter miracula, ſed vt mira eſſent videntibus, & vera intelligentibus, & quod ex Auguſtino. tales eſſe debemus in ſchola Chriſti.*
17 *Gaudium in ingreſſu ad Tobiam Angelus Raphael annunciauit, eumdemq́, cum eodem gaudio reliquit.*
18 *Gaudium in limine diuinarum laudum, ſiue Matutini annunciat Eccleſia omnibus eas recitantibus cum exultatione, & iubilo.*
19 *DEVS laudandus cum gaudio, & exultatione, quod multis comprobatur.*
20 *Gaudium in recitatione Horarum Canonicarum cœptum in initio Matutini continuatur vſque ad finem Diuini officij.*
21 *Gaudium ſpirituale ex Diuinis laudibus compenſatur cum incommodis corporalibus.*
22 *Cantu ſolent peregrini mitigare laborem itineris.*
23 *cum Gaudio tribulationes, & paſſiones ſuſtinendæ, vt fecit Chriſtus.*
24 *cum Gaudio Apoſtoli paſſiones, Chriſti exemplo, ſuſtinuerunt.*
25 *cum Gaudio exemplo Chriſti, Prothomartyr, & alij Martyres currebant ad paſſiones, & Martyria, quorum aliqui recenſentur.*
26 *de Gaudio S. Laurentij in igne dum vreretur.*
27 *de Gaudio S. Iraidis Virginis Alexandrinæ.*
28 *de Gaudio S. Theodori Martyris.*
29 *de Gaudio S. Gordij ad ſupplicium ducti. Nec-*

non SS. Marci, & Marcelliani fratrum.

30 *de Gaudio S. Athenogenis per ignem probati, qui Hymnum lætus cecinit, & diſcipulis ſcriptum reliquit.*

31 *cum Gaudio, vt ieiunia fiant, precatur à DEO Sancta Eccleſia.*

32 *Epiſcopi ſunt in bono opere cõſtituti, Opus enim DEI operantur, & in manibus habent lucernas ardentes.*

33 *de Apoſtolorum opere ad quod fuerunt aſſumpti.*

34 *Epiſcopi animæ nihil differt à naui, quæ fluctibus iactatur, cum omnium onera portare debeat, ex Chryſoſt.*

35 *Pontificis Summi dignitas non ſummus honor, ſed ſummum onus, & opus, videtur dicendum.*

36 *Pontificis Summi opus exprimitur ſub nomine Speculatoris, & Paſtoris gregis Dominici.*

37 *VRBANI VIII. gaudium in eius electione teſtatum in nono verſu antiqui Hymni.*

38 *cum Gaudio ſunt DEO danda decimæ, & oblationes.*

39 *cum Gaudio ſunt omnia, quæ ad DEVM tendunt, facienda.*

40 *cum Gaudio diuina opera perſoluens ex corde ea exequi videtur.*

OPTIMA eſſe, quæ no-
bis à DEO dantur, &
1 perfecta, † quæ donan-
tur, dicit Iacobus Apo-
ſtolus in ſua Canonica
Cap 1. illis verbis, *Omne*
datum optimum, & omne
donum perfectum de ſur-
ſum eſt deſcendens à patre
2 *luminum*. Ex quo ſequitur, † Sapientiam opti-
mam eſſe, & perfectam, cum detur nobis à DEO,
vt dicitur *Eccleſiaſt cap.* 1. *Omnis Sapientia à Do-*
mino DEO eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante
æuum. Vt propterea non ſit in alia ſchola quæ-
3 renda, quia cum ſit apud DEVM, † ipſe ſolus, &
non alius eam docendo largitur. Vndè idem
Iacobus paulò ante citata verba, dicit, *Si quis*
indiget Sapientia poſtulet à DEO, qui dat omnibus
affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Et
4 *Apoſtolus ad Coloſſ.* 2. † *In quo ſunt omnes theſauri*
ſapientia, & ſcientia abſconditi. Et mellifluus
Bernardus ſerm. 13. *in Cantic. Origo fontium, &*
5 *fluminum omnium mare eſt: † virtutum, & ſcien-*
tiarum, niſi ipſe eſt Rex gloria? Sed & iuxtà Can-
6 ticum Annæ 1. *Reg.* 2. *Idem ipſe DEVS* † *ſcientia-*
rum Dominus eſt. Et *Pſalm.* 83. ter replicatur *Do-*
minus virtutum, & ſemel. *Deus virtutum*. Alludēs
fortè ad tres perſonas Diuinas, & vnam ſub-
ſtantiam.
7 In hac ipſa ſchola † edoceri cupiens Prophe-
ta Dauid *Pſal.* 118. dicebat *Vias meas enunciaui,*
& exaudiſti me, doce me iuſtificationes tuas. Et
adeò iſta doctrina imbui ſitiebat, vt in eo Pſal-
mo poſtquàm ſepties petijſſet, vt Deus eum do-
ceret ſuas iuſtificationes, cum non ſibi videretur
pro voto ſatisfactum, eam inſiſtendo petijt ſub
præmio, ſiuè pretio, demonſtrando effectum de-
ſideratæ doctrinæ, in fine eiuſdem Pſalmi, in illis
verbis, *Eructabunt labia mea Hymnum cum do-*
cueris me iuſtificationes tuas. Offert enim pro
mercede exuberantiã diuinę Laudis cum cantu,
hoc enim Hymni nomen ſignificat, vt inferiùs
cap. 8. *num.* 3. dicemus. Et *Pſalm.* 143. *Benedi-*
ctus Dominus DEVS meus, qui docet manus meas
ad prælium, & digitos meos ad bellum. Et quia
hanc Sapientiam DEVS petentibus dat affluen-
ter, vt dictum eſt, & non impropetat, ideò idem
Dauid *Pſalm.* 93. exclamat dicens. *Beatus, quem*
tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.
† Salomon 3. *Reg.* 3. petijt cor docile, vt popu- 8
lum ſuum iudicare poſſet, & diſcernere inter bo-
num, & malum, cui DEVS reſpondit. *Quia poſtu-*
laſti Sapientiam ad diſcernendum iudicium: Ecce
feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor
ſapiens, & intelligens, in tantum vt nullus ante te
ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. Appa-
ret ex prædictis, quod cum veritate dicebat Ia-
cobus Apoſtolus, † *& dabitur ei affluenter*. Quę- 9
ſiuit eamdem Sapientiam Ioannes Apoſtolus,
† eamquè meruit inuenire, cum in Cœna recu- 10
buit ſuprà pectus Domini. *Ioan.* 13. Quantum
autem ex dicto pectore Sapientiæ hauſerit, de-
clarat *S. Auguſt. tract.* 36. *in Ioan.* † *de illo* (inquit) 11
pectore in ſecreto biberat, ſed quod in ſecreto bibit,
in manifeſto eructauit, vt perueniat ad omnes gen-
tes non ſolum incarnatio Filij Dei, paſſio, & reſur-
rectio, ſed etiam, quod erat ante incarnationem
vnicus Patris, Verbum Patris, coæternus generan-
ti, æqualis ei à quo miſſus eſt, &c. Quia, vt dicit
ibidem S. Auguſtinus, *erexit ſe S. Ioannes in ſuo*
Euangelio, non ſolum ſuper terram, & ſuper omnem
ambitum aëris, & cæli, ſed ſuper etiam omnem
exercitum Angelorum, omnemq. conſtitutionem in-
uiſibilium Poteſtatum, & peruenit ad eum, per quem
facta ſunt omnia, dicēdo In principio erat Verbum,
& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
ET vt omittamus, quantum infiniti alij in
hac Diuina ſchola diſcipuli profecerint, & ad rem
noſtram propius accedamus, contenti erimus de
† Paulo Apoſtolo, qui ad hanc cæleſtē Scholam 12
raptus vſquè ad tertiũ cælũ, & vſquè ad Paradi-
ſum, vt ipſe teſtatur. 2. *Cor.* 12. audiuit arcana ver-
ba, quę nõ licet homini loqui. Sed quę nobis vti-
litas, cum non poſſit, quæ audiuit, explicare aſ-
fatu? Tamen non ita ſe res habet, audiamus
S. Leo-

Digitized by Google

S. Leonem Papam, qui *ſerm. 10. de Paſſione Domini.*
ſic dicit. *Ipſa materia* (ſcilicet, paſsionis de qua
13 agebat) *ex eo quod eſt* † *ineffabilis fandi tribuit*
facultatem, nec poteſt deficere quod dicatur, dum
non poteſt ſatis eſſe, quod dicitur. Quod alijs ver-
bis explicat S. Thomas in Hymno Sanctiſsimi
Corporis Chriſti in Miſſa, cum dicit. *Lauda Syon*
Saluatorem, lauda ducem, & paſtorem. Et poſteà
ſubdit. *Quantum potes, tantum aude, quia maior*
omni laude, nec laudare ſufficis. Non ergò obmu-
teſcit S. Paulus, ſed maiotem habet dicendi fa-
cultatem, cum numquàm loquendi materia de-
14 ficiat.† Quæ autem poſt raptum fuerit loquutus,
quis numerare poteſt? vt *ad Roman. 9. Optabam*
enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus
meis. Ad quam charitatis metam nullus alius
peruenire poterat, vt animam ſuam poneret pro
fratribus ſuis, qua maior charitas haberi non po-
teſt, ipſa veritate atteſtante *Ioan. 15.* niſi in Pa-
radiſi ſchola fuiſſet edoctus. Simile eſt, quod di-
cit *ad Philip. 1. Hoc ſentite pro omnibus vobis, eò*
quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, &c.
Multis etiam alijs omiſsis, *ad Roman. 15.* vt
15 tamquàm † Doctor gentium vniuerſum mũdum
paucis verbis inſtrueret, & doceret, imprimẽdo
in ſingulorum mentibus quæcumque in ſacra
Scriptura continentur, prorupit in illam dignam
Paulo ſententiam, quæ eſt totius ſacræ Scripturæ
epilogatum compendium, *Quæcumque ſcripta*
ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per pa-
tientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem ha-
beamus. Quaſi dicere voluiſſet; Non eſt ſacra
Scriptura ſimplex hiſtoriarum, & rerum geſtarũ,
quæ ad nos non ſpectant enarratio, ſed omnia
noſtra ſunt, & pro nobis ſcripta ſunt, quæ in ea
leguntur, & tamquàm variæ, & diſpertitæ linguæ,
vniuerſa, quæ in ea habentur, nos docent, & ad-
monẽt, quæ facere debeamus, & quicquid igno-
ramus, & edoceri deſideramus, magiſtram habe-
mus ſacram Scripturam. Vndè *S. Auguſt. ſer. 44.*
16 *de Verb. Domini*, dicit, *Quod Chriſtus* † *Dominus*
noſter non ſolum faciebat miracula propter miracu-
la, ſed vt illa, quæ faciebat, mira eſſent videntibus,
vera eſſent intelligentibus. Et paulò poſt. *Et qui*
viderunt Chriſti miracula, & non intellexerunt
quod ſibi vellent, & quid intelligentibus quodam-
modo innuerent, mirati ſunt quia facta ſunt. Alij
verò, & facta mirati, & intellectum aſſecuti. Et
concludit. *Quod tales nos in Schola Chriſti eſſe*
debemus. Quod etiam notauimus infrà *Cap. IX.*
num. 20. addendo auctoritatem S. Gregorij Papæ.
EX his autem, quæ in ſacris libris ſcripta
ſunt, vt ex eis doctrinam ad nos proficuam, & ad
17 noſtram materiam ſpectantem capiamus.† Scri-
ptũ eſt *Tob. c. 5.* quod Angelus Raphael in primo
ingreſſu ad Tobiam in tribulatione poſitum, qui
per cæcitatem in tenebris ſedebat, & lumen cæli
non videbat, annunciauit ei lætitiam, & exul-
tationem illis verbis, *Gaudium tibi ſit ſemper*. Et
cum ſimili gaudio eum in vltimo egreſſu reliquit
Cap. XII. dicendo, *Etenim cum eſſem vobiſcum per*
voluntatem Dei eram, ipſum benedicite, & cantate
illi.
Gaudium hoc idem Sancta Eccleſia † mater, 18
& magiſtra veritatis à Spiritu ſancto edocta filios
ſuos, vel excitando in noctis ſilentio, vel alijs
temporibus à negocijs implicitos retrahendo,
annunciare facit in limine diuinarum precum in
principio ipſius Matutini, ſtatim poſt oris aperi-
tionem per illa verba, *Domine labia mea aperies,*
& os meum annunciabit laudem tuam. Quaſi non
ſe ipſam Eccleſia contineat, prorumpit in illa
verba. *Venite exultemus Domino*, quæ exultatio
non eſt gaudium ordinarium, cum hoc verbum,
exulto, ſignificet immoderatè iactor, gaudio
triumpho, vel lætitia nimia geſtio, ſuprà modum
efferor, geſtibus, & ſaltibus lætor. Neque perſi-
ſtit in iſto immoderato gaudio, ſed vlteriùs ad-
dit, *Iubilemus Deo ſalutari noſtro. Et in pſalmis*
iubilemus ei. Quaſi neſciat verbis, hoc gaudium
ad quod inuitat, exponere, cum, iubilare, propriè
ſit gaudium verbis non poſſe explicare, & tamen
voce teſtari, quod corde conceptum eſt, hancq.
iubilationem non ſemel, ſed iteratò inculcat.
Laus verò, quæ poſt aperitionem oris DEO
promittitur, immediatè ſequitur poſt Inuitato-
rium, & Pſalmum, *Venite exultemus Domino*. per
Hymnos, qui, vt ſuo loco dicetur *Cap. VIII.* ni-
hil aliud ſunt, quàm DEI laudes cum cantu, † ex 19
quo lætitia oritur, & gaudium, vt dicitur *Pſal. 70.*
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. aliàs le-
gitur, *Gaudebunt labia mea*. Et *Pſalm. 62. Et la-*
bijs exultationis laudabit os meum. Et rurſus
Pſalm. 69. Exultent, & lætentur omnes, qui quæ-
runt te. Et *Pſalm. 118. Hæreditate acquiſiui teſti-*
monia tua in æternũ, quia exultatio cordis mei ſunt.
Et ibidem ante fin. *Lætabor ego ſuper eloquia tua,*
ſicut qui inuenit ſpolia multa. Et inculcat *Apoſtol.*
ad Philip. 1. in princip. *Cum gaudio deprecationes*
faciens ſuper communicatione veſtra in Euangelio.
Et Eccleſia in Hymno de communi Apoſto-
lorum in ipſo Matutino, incipit, *Aeterna Chriſti*
munera, ibi,

Laudes canentes debitas
Lætis canamus mentibus.

Quæ in nouo Breuiario à S.D.N. VRBANO VIII.
ita iſti verſus ſunt repoſiti.

Palmas, & Hymnos debitos
Lætis canamus mentibus.

Et quidem palmæ debentur Martyribus, quales

ſunt etiam Apoſtoli, & Hymni ſunt Laudes cum
cantu, & ita non adeſt tepetitio cantus in vtro-
què verſu, Et in eodem Hymno paulò ante
finem, ibi,

Exultat in his Filius
Cælum repletur gaudio.

In nouo autem Breuiario ita legitur.

In his triumphat Filius
Cælum repletur gaudio.

Longè enim triumphus ſuperat exultationem
(de qua in antiquato verſu) Chriſtus vincendo
in Martyribus, de ſuperato hoſte triumphum du-
cens. Ita vt hoc gaudium commune ſit Chriſto,
Angelis, & Hominibus.

20 Quod † gaudium nõ terminatur in principio
Matutini, ſed continuatur etiã in Laudibus, quæ,
vt infrà ſuo loco dicetur, vnam Horam Canoni-
cam cum Matutino cõſtituunt, & vlteriùs etiam
protenditur in alijs Horis Canonicis, in quibus
omnibus dicuntur Hymni. Augetur iſta lætitia
ex Pſalmodia, quæ Hymnodiam ſequitur, licet
eius cantus, vt ſuo loco dicetur, *Cap.XIV.* di-
uerſus ſit à cantu Hymnorum. Nec omittamus,
quod non ſolum in principio, ſed etiam in fine
cuiuſuis Horæ Canonicæ, quando non ſunt eo
tempore aliæ recitandæ, terminantur per Anti-
phonas B. Virginis, quæ non valdè ab Hymnis
diſtant, cum ſint Laudes cum cantu ad Deum
per Virginem, quæ à Doctoribus etiam Hymni
vocantur, vt dicit *Creſpetius in ſua Summa in
verb. Hymnus.* Vbi habet, quod Hymnum Salue
Regina, & Alma Redemptoris compoſuit Har-
mannus Contractus.

Quo autem tempore, & hora gaudium hoc
initium ſumat, dicemus cum de Matutino age-
mus *Cap.XVII. num.2. vſquè ad* 35. ad quod nos
inuitat nocturno tempore *Pſal.*118. illis verbis.
Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Quod
dicere voluit Auctor primi Hymni, qui S. Gre-
gorio aſcribitur, incipiebat,

Primo dierum omnium
Quo mundus extat conditus.

Nunc verò in nouo Breuiario.

Primo die, quo TRINITAS
Beata mundum condidit.

In hoc, inquam, Hymno, ibi,

Et nocte quæramus DEVM
Propheta ſicut præcipit.

Cùm ante recognitionem ita diceret.

Et nocte quæramus pium
Sicut Prophetam nouimus.

Et dicemus infrà *Cap.XII. in fin.* cauſam huius
emendationis, quæ ſacræ Scripturæ magis con-
ſonare videtur.

Idem tẽpus Matutini replicatur in alijs Hym-
nis Matutini feriarum, vt ſuo loco dicetur dicto
Cap.XVII. num 12.

Ex hactenus ponderatis, ij qui in ſortem Do-
mini electi ſunt, & clericali militiæ nomen dede-
runt, ad quos præſertim Diuini Officij recitatio
ſpectat, vt *Cap.III.* dicemus, † conſiderare de- 21
bent, SALVATORIS noſtri DEI clementiam, &
benignitatem, qui corporis incommoda intem-
peſtiua nocte ſpreto cubili ſurgendo; vel vt di-
ximus, alio tempore ab alijs actibus retrahendo,
infirmorum animos per cantum, vel alium mo-
dum recitandi, ad deuotionem magis prouocat,
vt poſt *S. Auguſtinũ lib.* 10. *Confeſſ. cap.* 33. dicit
S.Thom.2.2. quæſt.91. art 1. in corp. Vt ſic labor
ex cordis exhilaratione dulceſcat, non minus ac
dicere ſolemus, *quod facundus comes in via pro
vehiculo eſt*, prout etiam cantando † peregrini 22
animos recreare, & itineris laborem mitigare
ſolent, quod dicere voluit Dauid *Pſal.*118. illis
verbis, *Cantabiles mihi erat iuſtificationes tuæ in
loco peregrinationis meæ.* Et hoc eſt, quod dixit
Ariſtot. ſect.19. probl. text.1. Cur, inquit, *tam in
laborando, quàm in fruendo ſolatio tibiam adhibere
ſolemus? An vt laborantes minus angamur, fruen-
tes magis oblectemur.*

Nec ego ex hac propoſitione tamquàm mea
excitare intendo Eccleſiaſticos per lætitiam, &
cordis dilatationẽ ad currendum viam manda-
torum Domini, & Eccleſiaſticas functiones per-
ſoluendum, † cum longè ante à Doctore gen- 23
tium *ad Hebr cap.* 12. promulgata, & prædicata
fuerit in perſona Chriſti, dicendo. *Per patientiam
curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes
in auctorem Fidei, & conſummatorem IESVM, qui
propoſito ſibi GAVDIO ſuſtinuit Crucem confuſione
contempta, atque in dextera Dei ſedet.* Cum ergo
calcatę viæ Chriſtum ducem habeamus, qui Ec-
cleſiaſticis, & alijs omnibus reliquit exemplum,
vt ſequamur veſtigia eius, vt quemadmodũ ipſe
fecit, ita & nos facere debeamus, vt per lętitiam,
& gaudium iubilando, & exultando omnia ſupe-
remus incommoda, cum iſta ad corporis caſti-
gationem, gaudium verò ad animam ſpectet, quę
corpus refrenando, & macerando cum dictis in-
commodis illud reducit ad ſeruitutem, vt dicit
Apoſtol. 1.Cor.9.

Et concordat *S. Auguſtin. lib.1. de Semon. Dom.
in monte. cap.5. Gloriemur*, inquit, *in tribulationi-
bus.* Et poſt pauca ſubdit. *Non enim iſta perpeti
fructuoſum eſt, ſed iſta pro Chriſti nomine, nõ ſolum
æquo animo, ſed etiam cum exultatione tolerare.*

Chriſti veſtigia primò † ſecuti ſunt Apoſtoli, 24
vt legitur *Act.5. Ibant Apoſtoli gaudentes à con-
ſpectu Concilij quoniam digni habiti ſunt pro no-
mine IESV contumeliã pati.* Et *S. Paulus 2.Cor.7.*

Reple-

Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in tribulatione noſtra. Et ad idem facit, quod dicitur *Pſalm.89. Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala.*

Quibus proximè acceſſerunt Martyres, vt de Prothomartyre Stephano canit Eccleſia. *Quod gaudens ſuſcepit lapides, vt mereretur accipere coronam gloriæ.*

25 Quo exemplo Martyres † excitati, innume-
rabiles recenſeri poſſent, qui læti, & gaudentes
concitato curſu verbera, cruces, & tormenta
omnia ſuperarũt, cedentibus illis eorum inuictæ
conſtantiæ, & fortitudini, & quaſi inſenſibiles
redditi ad tormenta, cuius rei rationem addu-
cit *S. Auguſtin. tractat.17. in Ioan. in fin.* Vbi lo-
quens de perſeuerantia manendi in Chriſto, di-
cit, hoc eſſe, quod Martyres audiebant, *Qui*
26 *perſeuerauerit vſque in finẽ hic ſaluus erit.* † Quod
comprobans martyrio S.Laurentij, ſic habet. *In*
illa ergo lenta morte, in illis tormentis, quia bene
manducauerat, & benè biberat, tamquàm illa eſca
ſaginatus, & illo calice ebrius tormenta non ſenſit.
Et *ſerm.30. de Sanct.* de eodem S.Laurentio di-
cit, quod ideò perſecutoris ignem non ſenſit,
quia maiori Saluatoris igne erat accenſus, quo
comburi ipſe poſtulabat, non ſolum igne mundi,
cum hic renes, ille cor vrat, iuxtà *Pſalm.25. Vre*
renes meos, & cor meum. Aliquot etiam exempla
referre ex multis contenti erimus de Sanctis, de
eorum lætitia, & exultatione in tribulationibus,
& aduerſis.

27 De S.Iraide † Virgine Alexandrina legitur in Martyrologio Romano ſub die 22.Septembris. Quod ad hauriendam è proximo fonte aquam egreſſa, cum vidiſſet nauim Confeſſoribus Chriſti onuſtã, relicta hydria, protinus ſe illis adiunxit. Et licet vltima illis adheſiſſet, prima tamen fuit Martyrio coronata, vt ſequitur verba Martyrologij. *Ac ſimul cum his in Vrbem ducta, prima omnium poſt multa ſupplicia capite cęſa eſt, deinde Presbyteri, Diaconi,* &c. Quæ enim ſponte cum gaudio hydriam incontinenti reliquerat, vt dictis Confeſſoribus vltima ſe ſociaret, eadem lætitia, & exultatione comite in confeſſione prima in medium proſiliuit, & ante omnes prima triumphauit, magis cæleſti igne, vt ſuprà diximus de S. Laurentio, accenſa, quam tormentorum, & tortorum rabie perterrita.

28 De S. Theodoro † refert Surius ex Metaphraſte in eius Martyrio, quod dum eius latera nudarentur pſallebat ſic dicens, *Benedicam Domino in omni tempore.* & quod Iudici cum magno gaudio reſpondit, *Cum Chriſto meo fui, & ſum, & ero.* Quod idem teſtatur S. Gregorius Niſſenus in ipſius oratione, vbi ſic habet. *Carnificibus vehementer ſeuientibus forti, alacriq. animo perferens, verſum illum è pſalmo decantabat, Laudabo Dominum in omni tempore.*

De S.Gordio † Martyre ex S.Baſilio in eius 29
Oratione *Surius tom. 1.* hæc habet. *Hæc vbi dixit Chriſti miles, Crucis ſe ſigno communiuit, & animi magna conſtantia, vultu intrepido, colore nuſquàm mutato ad ſupplicium hylaris contendit, vbi tantam cordis præſeferebat alacritatem, vt non lictorum, ſed Angelorum manibus ſe committere videretur, qui ſubitò poſt interitum ſublimem in cælum deferrent.*

Addimus SS.Marcum, & Marcellianum fratres, de quibus in Breuiario legitur, quod ad ſtipitem alligati, pedibusq. clauis confixis iudici reſponderunt, his verbis. *Numquàm tàm iucundè epulati ſumus, quàm hæc libenter Ieſu Chriſti cauſa perferimus, in cuius amorem nunc fixi eſſe cœpimus: vtinam tamdiu nos hæc pati ſinat, quamdiu hoc corruptibili corpore veſtiti erimus.* Et ita die nocteq. in tormentis Laudes diuinas canentes ad Martyrium peruenerunt.

Nec minori lætitia, tãqu àm aurum per ignem
fuit probatus Sanctus † Athenogenes inſigni 30
eruditione, & martyrij gloria celebris, de quo in
Martyrologio ſub die 18. Ianuarij, ſic legitur. *In*
Ponto Sancti Athenogenis antiqui Theologi, qui per
ignem conſummaturus Martyrium, Hymnum lætus
cecinit, quem & diſcipulis ſcriptum reliquit. Et
S. Baſilius in libro de Spiritu ſancto ad Amphilo-
chium cap 29 teſtatur quod idem S. Athenoge-
nes in dicto Hymno, vnà cum Patre, & Filio cõ-
probaret quoque Spiritus ſancti Diuinitatem,
his verbis. *Quod ſi quis etiam nouit Athenogenis*
Hymnum, quem tamquàm Aggreſſorium diſcipulis
ſuis reliquit feſtinans iam ad perfectionem, quæ fit
per ignem, is nouit & Martyrum ſententiam de
Spiritu, &c. Quod etiam notauit *Cardinalis Ba-*
ronius Annal. Eccleſiaſt. Tom. 2. Ann. 196. num. 7.
fol. 257. edit. Romana.

Ad hoc etiam alludere voluit † Sancta Mater 31
Eccleſia in Oratione feriæ v. Dominicæ quartæ Quadrageſimæ ad Matutinum, cum Deum pręcatur, *vt quos ieiunia votina caſtigant, ipſos quoquè deuotio Sancta lætificet;* cum gaudium in tribulatione petat.

Silentio tamen hoc vltimo loco præteriri non
debet nouum, & nouiſſimum, quod prè manibus
habemus exemplum viuentis Athenogenis, non
per ignem tantum, ſed per ignem, & aquam
officium ſuum laborioſiſſimum expleturi, & vt
inquit, *Apoſtol. 1. ad Timoth. cap. 3.* † *in bono eſt* 32
opere conſtitutus; Nam qui Epiſcopatum deſiderat,
bonum opus deſiderat. Opus enim Domini opera-
tur Epiſcopus. vt de eodem Timotheo teſtatur

ipſe Paulus 1.*Cor.*16. dicens. *Si autem venerit Timotheus, videte, vt ſine timore ſit apud vos, opus enim Domini operatur, ſicut & ego.* Et in Epiſcopi opere debet reſplendere lumen veritatis, cum eius operationes ſint illæ lucernæ ardẽtes, quas in manibus tenere debent *Luc.cap.*10.*ex ſententia Sancti Gregorij Homil.*13. *in Euang.*

33 De quo opere, † ad quod primò S.Petrus fuit aſſumptus, dicit *S.Io. Chriſoſt.Homil.*87.*in Ioan. circ. à med.* ex perſona Chriſti ad Petrum. *Opus ſuſcepiſti, id conſidera, perfice, labora, & te certaminibus expone.* Et de eodem opere, dicit *S.Leo Papa, ſerm.*1.*de SS.Apoſtolis Petro, & Paulo. Quod Sanctus Petrus multis Prouincijs prædicatione Fidei fundatis, non erat dubius de profectu operis.* Vt propterea idem *Chriſoſt.Hom.*3.*in Act.Apoſt.* dixerit, illam Chriſoſtomo dignam ſententiam.
34 *Animam Epiſcopi † nihil differre à naue, quæ fluctibus iactatur, cum omnium onera portare debeat.*
35 Sed quæ erunt † onera Epiſcopi Epiſcoporum, vt hoc etiam humiliter dicere liceat, ſi vera eſt ſententia *Iuriſc. in l. quæritur. ff. de ſtat. homin.* quod denominatio deſumenda eſt ab eo, quod præualet, Summa Pontificalis dignitas non ſummus honor, ſed ſummum onus, & ſummum opus eſt dicenda.

36 Quod etiam opus *ad Ezech.cap.*33. † exprimitur ſub nomine Speculatoris. Et *cap.*34. ſub nomine Paſtoris gregis Dominici. Quod propriè ad Summos Pontifices ſpectare videtur, quibus in perſona Petri, & omnibus eius Succeſſoribus à Chriſto dictum eſt, *Paſce oues meas. Ioan.*21.

Ad Speculatoris, & Paſtoris ouium officium ſe accingẽs alter nouus Athenogenes, Sanctiſſi-
37 mus, inquã, † D.N.VRBANVS VIII. PONT.MAX. non nouum Hymnum, ſed nouum verſum in antiquo Hymno Trãsfigurationis Domini (in cuius die, quæ eſt 6. Auguſti 1623. Eccleſia Catholica ſuum viſibile caput meruit aſpicere) lætus cecinit, videlicet:

Quàm lætus eſt, quem viſitas.

Cum prius diceret.

Quàm fælix eſt quem ſatias.

Quem etiam cum alijs Hymnis ab eo recognitis, vnà cum toto Breuiario nouiter emẽdato Eccleſiæ Catholicæ recitandum conſtituit. De quo Summo Pontifice, & eius Hymnorum recognitione aliqua dicemus infrà, cum de Auctoribus Hymnorum. *Cap.XII.*

38 Ex prædictis ſequitur, † quod licet cum gaudio, & exultatione ſint munera, & decimæ DEO offerendæ, vt dicitur *Eccleſiaſt.cap.*35. ibi, *In omni dato hylarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Da Altiſſimo ſecundum datum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum. quoniam Dominus retribuẽs eſt, & ſepties tantum reddet tibi:* Quod etiam repetit *Apoſtol.*2.*Cor.*9. ibi, *Vnuſquiſquè prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, hilarem enim datorem diliget DEVS.*

Tamen idem gaudium, & hilaritas extendi-
tur † ad alia opera ſpiritualia, vt de Diuino offi- 39
cio dictum eſt. Imò etiã ad omnia quæ ad DEVM tendunt, vt diximus *nu.*19.*ex Pſal.*69. *Exultent, & lætentur omnes, qui quærunt te,* cum DEVS non non ſolum orando, ſed per omnia bona opera erga ipſum, & proximum quæratur ſeruando diuina præcepta, vt dicitur *Pſalm.*118. *Lætabor ego ſuper eloquia tua.* Quod etiam fortè dicere voluit idem Regius Propheta *Pſalm.*47. in illis verbis, *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mõs Syon.* Et ſubdit, *Lætetur mõs Syon, & exultent filiæ Iudæ.* Et *Pſalm.*118. *Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt.*

Qui enim cum gaudio, & exultatione † opera 40
DEI exequuntur non ex triſtitia, vel neceſſitate, vt dictum eſt, apertè ſignificant, quod DEVM non ſolum labijs, ſed etiam corde laudant, aliaquè ſimiliter perſoluunt opera, vt non poſſit de eis DEVS conqueri, ex *Iſai.*29. & *Matth.*15. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Et ſic cum attentione in diuinis exequendis vacant, vt fuſiùs dicemus infrà *Cap. II. num.*80.

Ad Diuinum Officium Eccleſiaſticis præſertim cum gaudio conuocatis, reliquum eſt, vt ad ea, quæ ad ipſum Officium ſpectant, breuiter explicanda deueniamus, ſeruata regula *S. Gregorij Papæ Homil.*13. *in Euang.* vt videlicet, ſequens Diuini Officij expoſitio cum omnibus infrà dicendis, *ita neſcientibus fiat cognita, vt tamen ſcientibus non ſit oneroſa.*

DE OFFICIO DIVINO.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Officium Diuinum quid ſit.*
2 *Officij Diuini nomine, quid intelligamus.*
3 *Breuiarium Romanum quo continet.*
4 *Officium Diuinum non fuit inſtitutum in primitiua Eccleſia, & quæ preces tunc erant in vſu; & qualiter poſtea fuerit ordinatum.*
5 *Diuini Officij inſtitutio qualiter Sancto Damaſo aſcribenda ex ſententia Card. Baronij.*
6 *Officij Gregoriani, & Ambroſiani altercationes per ſortem terminatas.*

CARDINALIS Toletus *lib.*2.*de Inſtit.* 1
*Sacerd.cap.*10. † Officium Diuinum deſcribit, quod ſit, *Laus Dei ore expreſſa, per Eccleſia*

Digitized by Google

ecleſiæ inſtitutionem determinata. Eiuſque ſingula verba declarat.

2 Nos verò Diuini Officij † nomine ſub eodem
ſenſu intelligimus, preces, laudesq. Diuinas, quę
feſtis, profeſtiſquè diebus perſoluuntur, & hoc de
mente fel. rec. Gregorij Papæ XIII. in ſuo diplo-
mate Correctionis Anni ſub Datum Tuſculi An-
no Incarnationis Dñicæ M. D. LXXXII. Sexto
Kalend. Martij. Pontificatus ſui Anno Decimo.
3 † Vbi in principio dicit, duo in Breuiario Roma-
no contineri, nimirum, dictas preces Laudesq.
diuinas, quæ tunc Pio V. iubente iam erãt æditæ,
poſteà verò à Clemente VIII. & nunc deniquè à
S. D. N. VRBANO VIII. PONT. MAX. plenè plus
(vt ſic dicam) eius calamo, quàm auctoritate re-
cognitæ, in Breuiario Romano prodierunt. Alte-
rum verò pertinere ad annuos Paſchæ, feſtorũq.
ex eo pendentium recurſus Solis, & Lunæ motu
metiendos, quod ab ipſo Gregorio in dicto di-
plomate fuit præſtitum, corrigendo annum ab er-
rore præterito, & prouidendo in futurum, de qua
Anni correctione, eiuſquè neceſſitate, ac Kalen-
dario Gregoriano in vltimo Capite breuiter ali-
qua, ſub ſuperiùs allegata Gregorij Magni pro-
teſtatione dicemus, nimirum, vt eius expoſitio
ita neſcientibus fiat cognita, vt tamen ſcientibus
non ſit oneroſa.

Omiſsis alijs Diuini Officij deſcriptionibus,
ſiue etymologijs ex Iſidoro, & Hieronymo, de
quibus per *Guilelm. Durand. in ſuo Ration. diuin.*
4 *Offic. lib. 5. cap. 2. num. 1. & 2.* † Vbi etiam dicit,
quod in primitiua Eccleſia diuerſi diuerſa pro
ſuo velle cantabant, dummodo quod cantarent
ad DEI laudem pertineret, & quod quædam offi-
cia õbſeruabantur ab omnibus ab initio conſti-
tuta, vel ab ipſo Chriſto, vt Oratio Dominica,
vel ab Apoſtolis, vt Symbolum, quod dicitur
Apoſtolorum. Poſtea ſuccedentibus tempori-
bus, quia Eccleſia DEI per hæreſes ſciſſa eſt,
Theodoſius Imperator hæreticorum extirpator,
rogauit Damaſum Papam, vt per aliquem pru-
dentem, & Catholicum virum Eccleſiaſticum
faceret Officium ordinari. Et quod Papa id præ-
ſtitit opera S. Hieronymi, neminem tamen alle-
5 gat, qui hæc dicat. † Sed *Cardin. Baron. Annal.
Eccleſiaſt. Tom. 4 Ann. Chriſti* 384. Damaſi *Ann.*
18. *longè poſt princip. S. Sed rurſus ad ea.* Aſſerit,
quod id quod dicitur in libro de Romanis Ponti-
ficibus de Damaſo, quod eius præcepto fuerit
inſtitutum, vt die noctuq. Pſalmi in Eccleſijs ca-
nerentur, eſt omninò falſum, & putat Baronius
eſſe Appendicem potius adiectam. Sed fortaſſe,
quod potius aliqua ab eo forma præſcripta fue-
rit, cum falsò aſſeratur, Cantum Pſalmorum à
Damaſo fuiſſe inſtitutum, ſiquidem (vt etiam in-
frà dicemus cũ de Cantu Eccleſiaſtico. *Cap. IX.*)
ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe in
Eccleſia Catholica cum cantu diurnam, nocturnamq. Pſalmodiam, certum eſſe. Et addit, quod ipſe eſt eius opinionis, quod ad Pſalmodiã pertinet, emendatum à S. Hieronymo Pſalterium Septuaginta Interpretum, à Damaſo canendum Occidentalibus traditum, de quo idem Hieronymus in Apologia aduerſus Rufinum, hæc habere dixit. *Pſalterium quoquè certè emendatiſſimum iuxtà Septuaginta Interpretes noſtro labore dudum Roma ſuſcepit.*

Qui plura de Diuino Officio ſcire deſiderat,
videre poterit *Durand.* in loco ſuprà citato, & in
ſpecie *n. 5.* † Vbi de Officio Gregoriano, & Am-
broſiano, quod hoc in propria Mediolanenſi Ec- 6
cleſia, illud per totum mundum ſeruetur ex vita
S. Eugenij, idquè poſt multas Doctorum, Epiſcoporum, Conciliorum, & Imperatoris altercationes, ac tamdem per ſortes fuiſſe terminatas.

Canonicæ autem Horæ, in quibus Clerici Diuinũ Officium perſoluunt, appellãtur Canonicæ ex rationibus infrà ſuo loco dicendis, *Cap. XIII.*

De Requiſitis ad Diuini Officij recitationem.

Præmittendo aliqua de generali requiſito Signo Crucis, & Diuini Nominis inuocatione.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

1 *Signum Crucis omnibus actibus præmittendũ.*
2 *Signum Crucis idem operatur, quod faciebat in terris præſentia Corporis Chriſti.*
3 *Crucis Signũ in omnibus ſemper præponendum.*
4 *Crucis Chriſti quanta ſit auctoritas, & virtus, eiuſquè antiquus vſus.*
5 *Crucis Signum an vitiet inſtrumenta ſi omittatur ex Legiſtis, & Canoniſtis.*
6 *Nomen Domini, qui inuocarunt in antiquo & nouo teſtamento. Et de eius vtilitate, & efficacia, necnon qualis debeat eſſe talis inuocatio.*
7 *Trinitatis myſterium ſub nomine Domini in Pſalmis demonſtratur.*
8 *Orationis efficacia facta in Nomine Domini vndè oriatur.*
9 *Oratio facta in Nomine Saluatoris conſtituit Chriſtianos precatores, vt ſint Legati ipſius Chriſti ad Patrẽ, & ſic facilè petita obtineãt.*
10 *Chriſtus fuit Legatus DEI in myſterio reconciliationis mundi; Apoſtoli, & alij ſunt Legati Chriſti.*

11 *In*

11 *In Nomine Domini quando aliquid facimus, perinde eſt, ac ſi ipſe faceret, vel loqueretur.*

12 *DEVS qualiter dicatur operari opera noſtra.*

13 *DEVS dat nobis, vt quod ipſe operatur, & nos etiam operemur, & hoc qualiter procedat.*

14 *Nomen Domini cur adeò commendetur in ſacra Scriptura.*

15 *In Nomine Chriſti à DEO petere, quomodo intelligatur.*

16 *Oratione DEI mendici ſumus, à quo petimus panem, qui eſt Chriſtus panis viuus, qui de cælo deſcendit.*

17 *Diuinum Officium, vt dignè recitetur quinquè requiruntur ex Concil. Trident.*

18 *Requiſita ſex ad Diuinum Officium ponit Card. Tolet.*

19 *Diuini Officij ſeptem requiſita ponuntur ab Auctore.*

20 *Auctoris intentio in hoc opere.*

LABIORVM APERITIO.

21 *Diuini Officij recitatio requirit oris aperitionem.*

22 *Laudatur DEVS non tantum corde, ſed etiam corde, & ore.*

23 *Anna matris Samuelis modus orandi.*

24 *Cardinalium nomen, & Officium ex Cantico dictæ Annæ.*

25 *Cardinales tenentur ad perfectionem pluſquàm Epiſcopi.*

26 *DEI auxilio etiam in rebus facillimis egemus, vt in aperitione labiorum.*

27 *Chriſtus, cum dicitur, quod aperiens os ſuum docebat, quomodo intelligatur.*

28 *Diuinum Officium, qui tenentur in Choro recitare, non ſufficit aſſiſtentia in Choro, ſed proprio ore recitare.*

29 *ad Diuini Officij recitationem, qui tenentur in Choro, debent per ſe, & non per alios deſeruire ex decreto Concilij Tridentini.*

30 *Canonicus non abſoluitur à ſeruitio Eccleſiæ per quadraginta annos, cum non habeatur pro iubilato.*

31 *Canonicus tenetur inſeruire omnibus ſeptem Horis Canonicis non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium.*

32 *Canonici teneatur præcisè in Choro reſidere, nec ſatisfaciunt ſi eo tempore diuinorum Miſſas celebraretur, & quando hoc permittatur.*

34 *ad Diuinum Officium obligatus in Choro poteſt ibi tripliciter obmuteſcere:*

35 *Garſiæ opinio contra obſeruantiam Conc. Trid.*

36 *Refellitur opinio Garſiæ.*

37 *Canonici, & Choro addicti, ad quid teneantur ex Conſtit. Pij V. Et confirmatur reſponſio ad opinionem Garſiæ, & refellitur eius ratio. nu. 37. 38. & 39.*

40 *ad Diuinum Officium, qui tenentur in Choro, publicè tenentur illud recitare, cum alijs hic ex Nauar. notatis, & etiam tenentur canere.*

42 *Canonici, & qui tenentur in Choro recitare Horas Canonicas, quod teneantur eas ibi recitare, cum alijs hic notatis.*

LOCVS.

45 *Locus eſt vnum de requiſitis ad Diuinum Officium, quod quando publicè eſt recitandum, debet in Eccleſia recitari.*

46 *Epiſcopi, & Sacerdotes non debent habitare procul ab Eccleſia.*

48 *Epiſcopus, vt alijs eſt ſuperior, ita debet eſſe deuotior, & humilior, ex S. Gregorio.*

49 *Epiſcopus ex S. Auguſtino, debet imitari Moyſen, & Aaron, nimirum, quod non diſcedunt de templo, & indeſinenter orent.*

51 *Epiſcopi vtinam memoria retinerent, quæ ab Auguſtino, & de Auguſtino dicuntur.*

54 *Chorus eſt locus in Eccleſia vbi Diuinum Officium recitatur, & vndè ſit dictus.*

55 *Clerici à Laicis ſecernebantur cancellis in Eccleſia.*

56 *Epiſcopi, & Clericorum locus in Eccleſia.*

57 *Cancelli in Eccleſia, quid ſignificent ex S. Gregorio Nazianzeno.*

58 *Imperatori Theodoſio S. Ambroſius locum conſtituit ſeparatũ à Sacerdotibus ante cancellos.*

59 *Theodoſius Imperator lubens excepit locum ſibi aſſignatum in Eccleſia.*

60 *Terra mirabiliter eleuatur in Concilio, vt locum ſedendi præberet S. Hilario.*

61 *Chorus locus eſt in Eccleſia ad Diuinum Officium recitandum, quando preces ſunt publicè recitandæ, ſi verò priuatæ, quicumquè locus eſt idoneus.*

TEMPVS.

62 *Horæ Canonicæ, dicuntur Canonicæ quia ſtatis & debitis horis ſunt recitandæ, etiam ſi nullus accedat ad Eccleſiam eas auditurus.*

63 *Horæ debitæ quibus Horæ Canonicæ ſunt recitandæ, quæ ſint remiſſiuè.*

64 *Horæ Canonicæ non ſunt recitandæ extrà debitas horas, & ſi id fiat incurritur peccatum veniale.*

ORDO.

65 *Horæ Canonicæ ſunt ordinatè recitandæ, cum non liceat eas ſine iuſta cauſa inuertere.*

66 Horas

86 *Horas Canonicas recitans non ordinatè, ſed præpoſterè venialiter peccaret, non mortaliter.*

67 *Sacerdos Miſſam celebrans antè Matutini recitationem, peccat mortaliter iuxtà communem opinionem contra Sotum.*

INTEGRITAS.

68 *Horam vnam Canonicam, vel plures prætermittens peccat mortaliter.*

69 *Et qui deglutiunt, vel ſincopant verba, vel Syllabas prætereunt, damnantur.*

70 *Dæmon viſus eſt in ſacco imponere ſyllabas, & verba omiſſa in recitatione Diuini Officij.*

71 *Horas Canonicas alternatim recitare non excludit earum integritatem.*

72 *Horarum Canonicarum recitatione non completa non eſt à Choro recedendum, quod comprobatur viſione Dæmonis extrahentis Monachum à Choro ante finem Horæ.*

73 *Horis Canonicis non dicũtur integrè intereſſe, qui ijs inceptis adueniunt, & vſquè ad quod tempus.*

ATTENTIO.

75 *Attentio requiritur in recitatione Canonicarum Horarũ, & qualis iſta ſit ex S. Cypriano.*

76 *Attentio in omnibus actibus eſt neceſſaria.*

79 *Attentionis defectus in opere quid faciat, ex Seneca.*

80 *Attentio cum deficit in Diuinis precibus euaneſcit fructus orationis.*

81 *Attentus quando quis eſſe dicatur, ex varijs Pſalmis, & ſacra Scriptura.*

82 *DEVS quomodo attendat ad orationes iuſtorũ.*

83 *Attentio maximè deſideratur in re graui, & difficili, qualis eſt remiſſio peccatorum.*

84 *Attentionem quam à DEO petimus, eandem nos etiam præſtare debemus in noſtris precibus.*

85 *Talentorum numerus accepens duplicari debet, vt quis fidelis ſit ſeruus.*

86 *Ratio dubitandi ſuper duplicatione talentorũ.*

87 *Talenta quod tantundem debet ſuperlucrari, qui ea accipit, demonſtratur ex theorematibus Perſpectiuorum.*

88 *Talentorum ſuperlucratio debet eſſe æqualis capitali, demonſtratur ex prædictis.*

89 *Comprobatur ſupradicta concluſio ex Sancto Hieronymo.*

90 *Mandata DEI omnia ſunt ſeruanda, & qui in vno delinquit factus eſt omnium reus.*

91 *Loca diuerſa ſunt Scripturæ circa directionem cordis, totum cor, &c. ex quibus probatur omnia mandata ſeruanda, & toto corde DEO ſeruiendum.*

92 *Serui fideles, & prudentes, vt ſimus quid requiratur.*

93 *Attentionis etymologia à piſcatoribus, venatoribus, & doloſis perſonis deducta.*

94 *Attentionis duo dubia proponũtur, & ſoluũtur.*

95 *Attentio triplex eſt.*

96 *Attentio aliena ab oratione, quando impediat fructum orationis, & ſit peccatum, & quando non.*

97 *Attentionem, qua mens fertur in DEVM, poſſunt habent idiotæ, licet non intelligant verba, neque ſenſum verborum.*

DEVOTIO.

98 *Deuotionis definitio, & vnde procedat, remiſſiuè.*

99 *Deuotio eſt neceſſaria in recitatione Horarum Canonicarum.*

100 *Deuotio duplex eſt, interior, & exterior.*

101 *Deuotio antiquiſſima eſt genua flectendi, & inclinandi corpus.*

102 *Deuotio Theodoſij Imperatoris.*

103 *Deuotiones tres publicani.*

104 *Deuotio orandi brachijs expanſis. Vbi aliqua Sanctorum exempla commemorantur.*

105 *Deuotio leuandi manus in oratione.*

106 *Deuotio quotidiana ex S. Hieronymo.*

ANTEQVAM veniamus ad ea, quæ
requirũtur ad Diuini Officij pro viribus
dignam recitationem, pauca præmittemus circà
generale illud requiſitum, Signum, videlicet,
CRVCIS cum inuocatione Diuini Nominis,
† quod non ſolum Diuinis Officijs ſempet præ- 1
ponitur, ſed omnibus etiam Sacramentis, & ve
dicit Tertull. de Corona militis, *ad omnem progreſſum, & promotum ad omnem aditum, atquè exitum, ad veſtitum, ad calceatum, ad menſas, ad lauacra, ad cubilia, ad ſedilia, ac deniquè quandocumquè nos conuerſatio exercet, frontem CRVCIS ſignaculo terimus.*

Et *S. Auguſt. ſerm. 19. de Sanctis*. † *Hoc*, ſcilicet, Crucis Signum, *ad coronam peruehit, hoc maleficia deſtruit, & omnia Dæmonum machinamenta ad nihilum redigit. Et quod faciebat in terris Corporis Chriſti præſenſia, hoc facit, cum fideli innocatione Nominis Chriſti, victorioſa Crucis inſignita memoria.*

S. Ephren *lib. de vera pœnitentia*, † *Hanc*, in- 2
quit, *ò Chriſtiane armaturam diebus ſingulis, & noctibus, horis atquè momentis, in omni loco, circumferre non deſinas, nihilquè ſine ipſa perficias; ſed ſiue dormias, ſiue iter agas, ſiue euigiles, ſiue operi inſiſtas, ſiue manduces, ſiue bibas, ſiue maria nauiges, ſiue flumina tranſmittas, hanc te lorica* cir-

circumcinge, membraquè tua omnia ſalutari Signo exorna, atquè circuſepi, & non accedent ad te mala.

Hæc & alia multa congerit *Doctiſſ. Ioan. Steph. Durantes de Ritibus Eccleſiæ lib. 2. cap. 45.* Vbi de Signo Crucis non minus eruditè, quàm piè ex
4 antiquioribus Sanctis Patribus colligit, † Crucis Chriſti quanta ſit auctoritas, quanta virtus, & quàm antiquus eius vſus, incipiens à *S. Dionyſio Areopagita cap. 4. 5. & 6. Eccleſ. Hierarch.* qui docet in omnibus Sacramentis adhiberi Signum Crucis. Et præcipuè quod Crucis Chriſti virtus eluceat in Eccleſię myſterijs, & Sacramẽtis, fusè *Durant. ibidem num. 6.* Ante ipſum multa cumulauit *Creſpetius in ſua Summa in verb. Crux.* Vbi de Crucis Gloria, adoratione, &c. Ex his duobus Auctoribus multa deſumpſimus pro huius noſtri qualiſcumque operis perfectione.

Ex multis autem, quæ de hoc viuifico Signo Crucis dici poſſent, illud tantum attingemus in præſenti ad noſtrum propoſitum, cur tantopere commendetur Nomen Domini in omnibus operibus non ſolum ex ſacris Literis edocti, vt ſtatim dicemus, ſed etiam ipſi Legiſtæ, & Canoniſtæ tenenr eſſe præponendum omnibus inſtrumen-
6 tis; † non tamen quod eius omiſſio vitiet, aut inualidet actum ſiue inſtrumentum, cum non ſit expreſsè de iure cautum quod adijciatur, vt cõſtat ex *Nouell.* Vt præponatur nomen Imperatoris *§. nos enim. gloſſ in l. generali. C. de Tabul.* niſi eſſet de conſuetudine ſecundum cõmunem *Doct.* ſententiam, de qua *Bart. in l. ſi quis argentarius. §. ſi initiũ ff. de edend. Bald. & alij in Rubr. C. & in proœm* Idem *Bald.* & *Caſtr. in l. iuris gentiũ. § quod ſcire. ff. de pact. Alex. Io. de Imol. & Iaſ. in Rubr. ff. de nou. oper nunciat. Abb. Felin. & Canoniſtæ ie cap 1. de fid. inſtrum.* cum alijs multis, qui citari poſſent.

In ſacra verò Scriptura *Geneſ. c. 4. in fin.* ſpecialis fit mentio Enos filij Seth, ex eo quod primus fuit, qui cępit inuocare Nomen Domini.
7 † Et in ſexcentis locis eiuſdem ſacræ Scripturæ habetur de his, qui hoc Nomen Domini inuocarunt, vt *Geneſ 12.* Quod Abraham ædificauit altare Dei, & inuocauit Nomen eius. Quod etiã habetur Capite ſequenti. Et *Geneſ. 26.* dicitur, Quod Iſaac ædificato Altari inuocauit Nomen Domini. Ipſe Dauid *Reg. 1, cap. 17.* altercando cum Gigante Golia, prorupit cum magna in Domino fiducia in illa verba. *Tu venis ad me cum gladio, haſta, & clypeo, Ego autem venio ad te in Nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobaſti hodie.* Et paulò poſt ſubdit, *Et nouerit vniuerſa Eccleſia hæc, quia non in gladio, aut haſta ſaluat Dominus, ipſius enim eſt bellum.* Et in hoc nomine victoriam reportãdo glorioſè triumphauit, vt propterea ex hoc edoctus in Pſalmis ſæpiùs inuocet, & extollat hoc Nomen Domini, vt *Pſal. 8. Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt Nomen tuum in vniuerſa terra.* Et *Pſalm. 53. Deus in Nomine tuo ſaluum me fac.*

Valde etiam vtilis, & efficax eſt huius Diuini Nominis inuocatio, eſt enim propugnaculum ad ſalutem, vnde *Pſalm. 30.* dicitur, *Domine non confundar, quoniam inuocaui te.* Et *ad Roman. 10. Diues in omnes, qui inuocant illum: Omnis enim quicumquè inuocauerit Nomen Domini ſaluus erit.* Quod etiam Dauidi contrà Goliam euenit, vt dictum eſt. Et *Pſalm. 17. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.*

Et medium erigendi ſe, & reſurgendi à peccatis. *Pſalm. 19. Hi in curribus, & hi in equis: Nos autem in Nomine Domini inuocabimus.* Et poſtea ſequitur. *Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt, Nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.* Et hoc eſt, quod alijs verbis dicitur. *Pſalm. 85. Quoniam tu Domine ſuauis, & mitis omnibus inuocantibus te.*

Operatur vt inuocans exaudiatur in precibus. *Pſalm. 98. Inuocabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos.* Et *Pſalm. 144. Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in veritate.* Et *Eccleſiaſt. 2. Quis inuocauit eum, & deſpexit illum?* Et *in d. Pſalm. 17. In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de templo ſancto ſuo.*

In tantum, quod non ſolum hominibus, ſed etiam brutis pro eorum modulo operatoria ſit huiuſmodi inuocatio *Pſal. 146. Qui dat iumentis eſcã ipſorum, & pupillis coruorum inuocãtibus eum.*

Vnde meritò contra peccatores indignatur Dauid *Pſal. 13.* quod Deum non inuocauerunt. Quod etiam repetit *Pſal. 52.* Et Moyſes non minori ratione in ſuo Cantico. Audite Cæli, quæ loquor. *Deuter. 32.* cum magno apparatu, inuitat cælos, & terram, vt audiant verba oris eius, & reddit rationem, *Quia Nomen Domini inuocabo.* Et proſequitur explicare magnificentiam, & perfectionem operum Domini.

Et tamen aduertendum, quod non quæcumque inuocatio operatur ea, quæ diximus, ſed vt habetur ex *Pſal. 144.* iam citato, *Inuocantes eum in veritate:* non autem ſola verbalis inuocatio. Quod etiam explicat clarivs *Apoſt. 2. ad Timoth. cap. 2.* cum dicit. *Sectare iuſtitiam, Fidem, Spem, Charitatem, & pacem, cum his qui inuocant Dominum de corde puro.* Vndè non ſolum de corde talis debet eſſe inuocatio, ſed de corde puro. Quod clariſsimè exponit ipſe Chriſtus *Matth. 7.* dum dicit, *Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt.*

Opor-

Oportet enim eum, qui DEVM inuocat, non
eſſe aduenam, & petegrinum, ſed eſſe à DEO no-
tum, & DEVS ipſi non ignotus, & ſic, vt dicit
*Ioan. Apoſt. Epiſt. 1. cap. 1. Vt ſocietas noſtra ſit cum
Patre, & Filio eius Ieſu Chriſto*. Sed operarij ini-
quitatis ſunt ignoti DEO, ita vt illis dicat *Luc. 13.
Neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij
iniquitatis*. Et *dicto cap. 7. Matth.* apertè talibus
perſonis dicet. *Quia numquàm noui vos.* Licet in
Nomine eius prophetauerint, & dęmonia in eius
Nomine eiecerint. Quod etiam contigit illis Iu-
deis *Act. 19.* exorcizantibus in Nomine Domini
IESV, dicendo. *Ad iuro vos per IESVM, quem
Paulus prædicat: quibus nequam ſpiritus reſpondit,
& dixit, IESVM noui, & Paulum ſcio, vos autem,
qui eſtis?* Vnde per talem inuocationem ab ini-
quis factam, ipſis etiã dęmonijs dicuntur ignoti.

Cognoſcere enim etiã debemus nos DEVM,
quem inuocamus, vt ſubdit Ioannes vbi ſuprà
paulò poſt *Et in hoc ſcimus, quia cognouimus eum,
ſi mandata eius obſeruemus: qui dicit ſe noſſe eum,
& mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc
veritas non eſt.* Vndè benè Dauid inuocabat Do-
minum, cum per tribulationes DEVM cognoſce-
ret, & ab eo cognoſceretur, *cum Pſalm. 115.* di-
cebat. *Calicem Saluatoris accipiam, & Nomen
Domini inuocabo.* Calicem in Scripturis diuinis,
ex S. Hieronym lib. 3. Comment. in Matth. cap. 20.
intelligimus paſsionem, iuxtà illud, *Pater, ſi poſ-
ſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Et allegat etiam
Pſalmum citatum, in quo ſtatim infertur, quis ſit
iſte calix. *Prætioſa in conſpectu Domini mors ſan-
ctorum eius.* Et cõcordat, quod dicitur *Pſal. 80.
In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te.* Quod
etiam in multis Pſalmis replicatur.

Ille ergo rectè DEVM inuocat, qui ſeruando
mandata facit DEI voluntatem. Et de huiuſmodi
diuini Nominis inuocatione plena eſt ſacra
Scriptura. In tantum quod quando aliquid pro-
mittebatur in Nomine Domini, illud erat iura-
mentum, vt habetur *Ioſue cap. 9.* ibi, *Et non per-
cuſſerunt eos, eò quod iuraſſent eis Principes multi-
tudinis in Nomine Domini DEI Iſrael.* Et paulò
poſt, *Iurauimus eis in Nomine Domini DEI Iſrael.*

7 Non tamen eſt omittendum, † quod habetur
Pſalm. 112. Vbi in ſingulari numero ter replica-
tur hoc Nomen Domini, *Laudate pueri Dominũ,
laudate Nomen Domini. Sit Nomen Domini bene-
dictum ex hoc nunc, & vſquè in ſæculum. A Solis
ortu vſquè ad occaſum laudabile Nomen Domini.*
Ex qua triplicatione Nominis Dñi clarè oſten-
duntur tres perſonæ in vno tantum Nomine, in
vna ſubſtantia, & ſic myſterium Sanctiſsimæ, &
indiuiduæ TRINITATIS. In qua iuxtà Fidem Ca-
tholicam, vt dicitur in Symbolo S. Athanaſij,
*Vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnita-
te veneramur. Nequè confundentes Perſonas, nequè
ſubſtantiam ſeparantes.*

Apoſtolus *ad Coloſſ. 3.* expreſsis verbis præci-
pit omnia in iſto Nomine eſſe facienda, dicens.
*Omne quodcumque facitis, in verbo, aut in opere,
omnia in Nomine Domini Ieſu Chriſti, gratias
agenoes Deo, & Patri per ipſum.* Ad quod facit
Pſalm. 43. ibi, *In Deo laudabimur tota die, & in
Nomine tuo confitebimur in ſæculum.*

CHRISTVS ipſe Saluator noſter, *Matth.
cap. 28. in fin. Euntes ergo docete omnes gentes ba-
ptizantes eos. In Nomine Patris, & Filij, & Spiri-
tus ſancti.*

Idem deniquè Saluator, vt multa omittamus
Ioan. 16. docet, ad noſtrum propoſitum de quo
agimus, modum orandi, vt à DEO exaudiamur,
& det nobis, quæ petimus, dicendo. *Si quid pe-
tieritis Patrem in Nomine meo, dabit vobis.* Quid
autem ſit petere in Nomine Saluatoris, explicat
S. Aug. Tract. 102. in Ioan. in initio, & nos paulò
infrà dicemus.

Reſtat nunc paucis videre, vndè oriatur effi-
cacia orationis factæ † in Nomine Domini, vt eo 8
mediante petita conſequi mereamur. Et dubio
occurrit *Apoſt. 2. Cor. 3.* dicens. *Non quod ſuffi-
cientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex no-
bis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Qui & ido-
neos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.*

Quod de prædicatione dicit Apoſtolus, nos
ad orationem extendendo applicamus, vt de
oratione dicit Chriſtus vbi ſuprà *Ioan. 16.* Et cũ
non ſimus ſufficiẽtes cogitare quomodo petere
debeamus ob peccatorum grauitatem erube-
ſcentes, vt dicit *S. Ambroſ. lib. 5. Comment. in Luc.
cap. 7.* de filio Viduæ. *Etſi graue peccatum eſt*,
inquit, *quod pœnitentiæ lacrymis ipſe lauare non
poſſis, fleat pro te Mater Eccleſia, quæ pro ſingulis,
tamquàm pro vnicis filijs vidua mater interuenit.*

Huic erubeſcẽtiæ, & noſtræ fragilitati occur-
rens Saluator *in dicto cap. 16. Ioan.* formam
dat, & normam præſcribit, qua ſeruata poſsimus
obtinere, quæ petimus, conſtituendo Chriſtia-
nos precatores, † vt ſint Legati ipſius Saluato- 9
ris, & ab eo miſsi ad Patrem, vt petendo in No-
mine ipſius Chriſti, tàmquam ipſe Chriſtus pe-
teret, deſiderata impetremus. Quod etiam ac-
cidit inter homines, qui cum non audeant apud
Reges, Principes, & alias perſonas in ſuperio-
ribus conſtitutas dignitatibus, quæ cupiunt po-
ſtulare ſub protectione alterius Principis, vel ſi-
milis perſonæ eorum nomine explicando neceſ-
ſaria, & ſupplicando, omnia ſolent obtinere.

Et hoc ad literam explicat Paulus *2. Cor. 5 in
fin.* vbi dicit. † *Quod Deus reconciliauit ſibi mun-* 10

dum

Digitized by Google

dum per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis, quoniam Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum. Poſtea ſubiungit. *Et poſuit in nobis verbum reconciliationis, Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tamquàm Deo exhortãte per nos.* Ex quo duplex legatio apparet, prima eſt reconciliationis mundi, quæ præordinata quidem à DEO eſt, immediatè tamen per Chriſtũ DEVM exercenda, quia DEVS erat in Chriſto recõcilians ſibi mundum, non reputans peccata eorum. Secunda legatio eſt prædicationis, facta à Chriſto ad Paulum Apoſtolum, in quo poſuit verba reconciliationis, ac propterea concludit; *Pro Chriſto ergo legatione fungimur.* Et ſubiungit, quod propterea non ipſe loquebatur, ſed tamquàm DEO exhortante per ipſum. Quod ijſdem ferè verbis cõfirmat *Apoſtolus Petrus Epiſt. 1. cap 4.* cum dicit. *Vnuſquiſquè ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ DEI.* Quam multiformẽ gratiam explicat in loquela, & miniſtratione, ſubdens. *Si quis loquitur, quaſi ſermones DEI, ſi quis miniſtrat, tãquàm ex virtute quam adminiſtrat DEVS. Hoc eſt, tãquam ſi DEVS loqueretur, vel ipſe DEVS miniſtraret.*

Idipſum repetit *Paulus ad Epheſ. 6. ante fin.* Vbi dicit, quod Epheſij orarent pro omnibus Sanctis, & pro eo. *Vt detur*, inquit, *mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere myſterium Euãgleij, pro quo legatione fungor in catena iſta, ita vt in ipſo audeam, prout oportet me loqui.*

11 Patet ergo, ex prænotato † Nomine DEI in omnibus orationibus, prædicationibus, & actis ſingulis nos effici DEI legatos, & tamquàm ipſe peteret, vel faceret, vel quiduis aliud operaretur, nos cum efficacia omnia aſſequi, quia nõ ex nobis loquimur, ſed DEVS per nos ad ipſummet DEVM, vt dicit *Apoſtol. 2. Cor. 2. in fin. quod ipſe verbum DEI cũ ſinceritate ſicut ex DEO corã DEO loquebatur.* Idem repetit *Petrus Apoſtol. Epiſt. 1. cap. 4.* Vbi poſtquàm dixit, *Vnuſquiſquè prout accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ DEI.* ſubiungit ad noſtrum propoſitum. *Si quis loquitur, quaſi ſermones DEI, ſi quis miniſtrat, tãquàm ex virtute, quam adminiſtrat DEVS.* Ecce quod loquens ex gratia ſibi data, loquitur non vt ipſe, ſed tamquàm DEVS, & miniſtrans tamquàm ex virtute DEI: & hoc fortè dicere voluit Dauid. *Pſalm. 45. DEVS noſter refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Et *Pſalm. 88. Quoniam gloria virtutis eorum tu es.*

Et hoc eſt, quod dicit *Iſai. cap. 26. Domine da-*
12 *bis pacem nobis.* Et ſubdit rationem. † *Omnia enim opera noſtra operatus es nobis.* quaſi diceret, *Omnia opera noſtra cooperatus es nobis.* Vel & fortaſſe meliùs. Cum DEVS noſtras actiones aſpirando præueniat, & adiuuando proſequatur, vt nos quotidie petimus, ipſe tãquàm prima cauſa dicitur operari opera noſtra, & dicuntur noſtra, quia cum eo cooperamur.

Quod diſertis verbis explicat *S. Leo Papa ſer. 2. de ieiun. decim. menſ. & collect.* Vbi exponens illud Iſaiæ. *Adducam cæcos in viam, quam ignorabant*, Et illud *Ioannis Apoſtoli, Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos.* Subdit,
† *Diligendo itaquè nos DEVS, ad imaginem ſuam* 13
nos reparat, & vt in nobis formam ſuæ bonitatis inueniat, dat vnde ipſi quoquè, quod operatur, operemur, accendens, ſcilicet, mentium noſtrarũ lucernas; & igne nos ſuæ charitatis inflammans, vt non ſolum ipſum, ſed etiam quicquid diligit diligamus. Ex qua ſentẽtia apparet, quod DEVS eſt prima cauſa noſtrarum operationum, accendendo lucernas noſtrarum mentium, cui nos, vt dicebamus, cooperamur.

Vndè non mirùm, quod adeò † commende- 14
tur Nomen Domini in omnibus noſtris actibus, cum eo mandante, non ſolum efficiamur Legati DEI, ſed DEVS loquitur in nobis: vt etiam habetur *Exod. 3. & Ierem. 1.* & ita facilis ſit exauditio precum. Ideò meritò, vt diximus, exclamabat Dauid *Pſalm. 8. Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt Nomen tuum in vniuerſa terra.* Et *Pſal. 53.* dicit ſe velle confiteri Nomini Domini quoniam bonum eſt. Et *Pſal. 110.* dicit Nomen Domini eſſe Sanctum, & terribile. Et *Exod. 15.* Moyſes in ſuo Cantico, dicit, *Nomen Domini eſſe Omnipotens.* Et glorioſa Mater, & Virgo MARIA in ſuo Cantico. *Luc. 1.* dicit, *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum Nomen eius.* Meritò, vt dicitur *Pſalm. 88.* in iſto nomine tota die exultare debemus. Cum timẽtibus Nomen Domini, iuxtà *Pſalm. 60.* detur hæreditas. Et etiam ſalus, vt in *Pſalm. 53.* Et in hoc Nomine *Act. 3.* claudi ſurgunt, & ambulant. Deniquè multa alia omittendo, concludamus cum *Pſalm. 39. Beatus vir cuius eſt Nomen Domini ſpes eius.* Et *Pſalm. 110. Sanctum, & terribile Nomen eius.* Quod videtur, ſub ſymbolo gladij vtraquè parte acuti, ſignificari *Apocal. cap. 1.*

Illud etiam non omittendum, quod Nomine
Saluatoris non dicitur peti, † quicquid cõtra ra- 15
tionem ſalutis petitur, quia nõ ſonus literarũ, ac ſyllabarũ, ſed quod ſonus ipſe ſignificat, & quod eo ſono rectè, ac veraciter intelligitur, hoc accipiendum eſt ſignificare, cum loco ſuprà citato. *Ioan. 16.* Saluator dicit, *Si quid petieritis Patrem in Nomine meo dabit vobis.* Ita *S. Auguſt. in citato*

loco tract. 102 *in Ioan. in initio.* Vbi ſubdit, *quod
ille dicitur petere in Nomine Saluatoris, qui ſentit,
quod de illo eſt ſentiendum, & accipit, quod petit,
ſi non contra ſalutem ſempiternam petat, & accipit
quando debet accipere, licet aliquando cõgruo tem-
pore differatur.*

Et idem *Auguſt. ſerm.* 15. *in Euang. Matth. de
16 verb. Domini.* dicit, † *Quod ſicut mendicus à te
panem petit, ita & tu es DEI mendicus. Omnes
enim quando oramus, mendici DEI ſumus, ante ia-
nuam magni patrisfamilias ſtamus, imò & proſter-
nimur, ſupplices ingemiſcimus, aliquid volentes
accipere, & ipſum aliquid ipſe DEVS eſt. Quid à
te petit mendicus? Panem? Et tu quid petis à DEO,
niſi Chriſtum, qui dicit, Ego ſum panis viuus, qui
de cælo deſcẽdi.* Non ergo difficilè erit, vt à Deo
in noſtris precibus exaudiamur, petendo in eius
Nomine aliquid, quod non eſt à Deo extra-
neum, ſed aliquid, quod eſt ipſe Devs.

Cum fiducia ergo tanta legatione digni effe-
cti, & cum Propheta *Pſalm* 19. Nomine Domini
Dei noſtri inuocato, & in principio omnium Ho-
rarum Canonicarum pręmiſſo, veniamus eodem
Nomine Domini duce ad alia requiſita in Diui-
ni Officij recitatione.

Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24 *cap.* 12.
17 *de reform. in* §. *omnes verò.* † Quinque præcipuè
commendat in Dei laudibus dignè perſoluẽdis,
his verbis. *In Choro ad pſallendũ inſtituto Hymnis,
& Canticis DEI Nomen reuerenter, diſtinctè, de-
uotèq. laudare.* Requirit enim primo locum, qui
eſt Chorus, reuerentiam, diſtinctionem, deuo-
tionem, & laudis prolationem.

Cardinalis Tolet in Inſtit Sacerd. lib. 2. *cap.* 13.
18 † dicit ſex circumſtantias eſſe obſeruandas in
Diuino Officio, videlicet, Numerum, ordinem,
qualitatem, tempus, locum, & modum.

Eadem ſex requiſita aliquibus mutatis nomi-
nibus ponit *Durantes de Rit. Eccleſ. lib.* 3 *cap.* 24.
Et in illis quinquè iſta ſex includuntur, cum ab
illis proueniant.

Quibus ſex à *Durant.* requiſitis nos, vt diſtin-
19 ctiùs procedamus, † ſeptimũ addimus, videlicet,
Labiorum aperitionem, [quod fortè dicere vo-
luit *Conc. Trid. vbi ſup.* illis verbis, *ad pſallendum
inſtituto*, & verbo, *Laudare.*] Locum, Tempus,
Ordinem, Integritatem, Attentionem, & Deuo-
20 tionem. † Et illo primo explicato ad alia deue-
niemus Io. Steph. Durantis ſequendo veſtigia,
cuius ſunt ſex vltima requiſita, cum benè omnia
rimauerit, & non ſit noſtræ mentis, & otij, tra-
ctatus, nec longas texere quæſtiones, vt etiam
patet ex initio dictis, ſed ſolum quædam notabi-
lia innuere, & quæ ſunt ad hanc materiam neceſ-
ſaria ex probatis Auctoribus ad inſtar memoria-
lis colligere, ad excitandum Eccleſiaſticorum
præſertim mentes, vt totis viribus impoſitum
penſum Omnipotenti Deo, cui ſe obligarunt, di-
gnè perſoluant, non defraudando præfatos Au-
ctores eorum labore, & vigilijs, eiſquè debito
honore.

LABIORVM APERITIONEM Primò
dicimus requiri † in precũ diuinarũ recitatione, 21
quam non fruſtrà ſuppliciter deprecatur Regius
Propheta, quem non immeritò Magiſtrum pre-
cum, & orationum appellare poſſumus, ipſe enim
Pſalm. 50. Poſt longam peccati ſui confeſſionem,
& poſt multa bona, quibus repleri inhiabat, &
mala à quibus auerti, inſtantiſſimè petebat,
quaſi nihil dixiſſet, & loqui deſideraret, prorupit
in illa verba, *Domine labia mea aperies.* Et quaſi
præmium, vt in Procemio *nu.* 7. diximus, pro gra-
tia conſequenda, promittens demonſtrando ef-
fectum deſideratæ gratiæ, ſubiungit, *Et os meum
annunciabit laudem tuam* Quaſi diceret Domine
aperi labia mea, quia non ſolum volo laudare te
in corde meo, vt nullus me exaudiat, ſed etiam
extrà me eleuando vocem, vt alijs annunciem
laudem tuam, vt & ipſi laudent te, ſicut *Pſal.* 116.
inuitat omnes dicendo, *Laudate Dominum omnes
gentes, laudate eum omnes populi.* Ad idem *Paul.
ad Epheſ.* 6. *in fin. Vt detur mihi ſermo in aperitione
oris mei, cum fiducia notum facere myſteriũ Euan-
gelij, pro quo legatione fungor in catena iſta.*

Laudatur enim Deus † non tãtum corde ſolo, 22
ſed corde, & ore, & tunc eſt perfecta oratio.
Vnde *S. Auguſt. in tertia regula. Pſalmi*, inquit,
*& Hymni, cum oratis Deum, hoc verſetur in corde,
quod profertur in ore.* Ideò Dauid petit à Deo,
labia ſua aperiri, quoad interiorem partem, quæ
cor reſpicit, cui os concordando Devm ore, &
corde laudare poſſit. Et hoc eſt, quod dicitur
Pſal. 77. quod os aliquando non concordat cum
lingua, ibi. *Et dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua
ſua mentiti ſunt.* Pro lingua enim tamquàm pars
interior, intelligitur cor, vt ſe ipſum Pſalmiſta
immediatè explicat, dicens. *Cor autem eorum
non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in
teſtamento eius.* Ecce quod lingua conſonat cor-
di, ambo tamen ab ore diſcedunt, cum ore dili-
gerent vel potius, diligere fingerent, lingua, &
corde mentirentur.

Audiuimus Magiſtrum orationum, videamus
etiam, & Magiſtram, † Sanctam, videlicet, An- 23
nam matrem Samuelis Prophetæ, quæ, vt legitur
1. *Reg. cap.* 1 cum affligeretur à Phenenna eius
æmula, multiplicauit preces coràm Domino, &
ſubdit ſacra Scriptura, *Quod Heli Sacerdos obſer-
uabat os eius, & quod Anna loquebatur in corde
ſuo, tantumq; labia eius mouebantur.* Ecce quod

iſta ſancta fęmina orabat loquendo ad Dominum
in corde ſuo per motum labiorum, & oris aperi-
tionem, & *Heli obſeruabat os eius, & licet vox non
audiretur*, hoc erat, quia, vt ipſamet ſubdit, *loque-
batur ex multitudine doloris, & mœroris*, qui non
permittebat vocem audiri.

Nec eſt mirandum, quod à fęmina Clerici di-
24 ſcant modum orandi, † cum ab eadem fęmina
in ſuo Cantico 1. *Reg. cap. 3.* in illis verbis, *Do-
mini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos
Orbem*. Non ſolum exprimatur radix, & vox ori-
ginalis Eminentiſſimæ dignitatis Cardinalitiæ,
ſed etiam declaretur officiũ proprium iſtius gra-
dus, quod eſt ſubſtentare ad inſtar columnarum,
& cardinum portarum, Sacroſanctum Templum
25 Eccleſiæ. † Et quod hic ampliſſimus Status te-
netur ad perfectionem plus quàm ſtatus Epiſco-
porum, cum hi ad bonum particularium Eccle-
ſiarum obligentur, Cardinalium verò ad bonum
vniuerſalis Eccleſiæ, ad eiuſquè gubernationem
aſſumantur, vt benè demonſtratur à *R. P. Fr. Hie-
ronymo Mattino Capuccino in Prima concione ha-
bita in Palatio Apoſtolico, part. 1. ad med. §. Et
queſto pare*.

Quibus erudita Sancta Eccleſia, in ipſo diui-
narum precum limine, inſtruit ſuos filios ad pe-
tendum à Deo hanc gratiam, dicendo, *Domine
labia mea aperies*: quorum aperitio labiorum, li-
cet res ſit facillima, cum nullo labore, nullo in-
genio, arteuè fiat, quod & brutis omnibus, vti
26 commune, ita & facillimum experimur. † Ex
quo edocemur, quod in omnibus Dei auxilio
egemus, etſi in his, quæ leuiſsima ſunt, illud pe-
timus, idem etiam in omnibus alijs, & præſertim
in difficilioribus, non in nobis, ſed in Deo fidu-
ciam habere debemus. Vel, vt diximus, petere
debemus à Deo in principio Matutini, vt in no-
ſtris orationibus, quod in ore, id in corde ver-
ſetur.

Cauſam dedit ponendi hoc requiſitum, *S. Au-
guſtin.* qui *lib. 1. de Serm. Domini in monte*, ſub
initium, ſuper illis verbis *Matth. 5. Et aperiens os
27 ſuum, † docebat eos.* Vbi dicit, quod iſta circum-
locutio fortaſsis ipſa mora cõmendat, aliquanto
longiorem futurum eſſe ſermonem. Et ſubdit, ad
noſtrum propoſitum, *Niſi fortè non vacet, quod
nunc cum dictum eſt, aperuiſſe os ſuum, quod ipſe
in lege veteri aperire ſoleret ora Prophetarum.
Iſai. 52. Et videbit omnis caro pariter, quod os Do-
mini locutum eſt*. Et paulò poſt. *Propter hoc ſciet
populus meus Nomen meum in die illa, quia ego ipſe,
qui loquebar ecce adſum*. Et *ad Hebr. 2. Multi-
fariam multiſq; modis olim DEVS loquens Patribus
in Prophetis, nouiſſimè locutus eſt nobis in Filio*.

Ex qua *S. Auguſt.* ſententia, quę reſpondet ini-
tio Diuini Officij, *Domine labia mea aperies*, in-
ſertur, † quod hi, qui publicè, & in Choro, vt 28
infrà dicetur, tenentur recitare Diuinas preces,
debent os, & labia propria aperire, vt infrà ex
Statuto Gallicano dicemus, & non ſolum aſsi-
ſtere, & interuenire, & præſentes eſſe in Choro
recitationi, quæ fit ab alijs. Et ideò dixi ſuprà,
hoc eſſe primum, & neceſſarium requiſitum, vl-
trà illa ſex, quæ ponit Durantes, quæ omnia poſ-
ſunt ſaluari in aſsiſtente ad Diuinum Officium, vt
in quouis laico, Horis Canonicis, nimirũ Locus,
Tempus, Ordo, Integritas, Attentio, & Deuotio,
abſquè alia vocali recitatione. Quod etiam ad-
uertit *Card. Tolet.* qui vt diximus *Cap. I. in princ.*
deſcribit, *Officium Diuinum eſſe laudem DEI ore
expreſſam*, &c. *in lib. 2. cap. 10. Inſtitut. Sacerd.*

Ita in puncto decernitur à *Sacro Concilio Trid.
ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. in §. Omnes.* † Vbi lo- 29
quendo de Dignitatibus, Canonicis, Præbenda-
rijs, & Portionibus. *Omnes verò*, inquit, *diuina
per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire offi-
cia, & Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia
exercenti aſſiſtere, & inſeruire*. Et poſteà, *Atquè
in Choro ad pſallendum inſtituto, Hymnis, & Can-
ticis DEI nomen reuerenter, diſtinctè, deuotèq; lau-
dare*. Ex cuius Concilij verbis expreſſum habe-
tur, quod Canonici debent nõ per alios, ſed per
ſe ipſos illa tria explicare, videlicet, diuina offi-
cia, Aſsiſtentiam, & ſeruitiũ Epiſcopi celebran-
tis, vel alia Pontificalia exercentis, Et Hymnis,
& Canticis in Choro Devm laudare, cum omnia
ſint copulata dictione, &, coniunctiua. Quamuis
etiam non eſſent coniuncta, adhuc tamen dici-
tur, quod debent in Choro Devm laudare reue-
renter, diſtinctè, & deuotè, quæ important perſo-
nalitatem. Ac ſi diceretur, quod aſsiſtant in
Choro, vel interueniant, aut interſint, qualia
verba etiamſi adeſſent, prout in eodem *Cap XII.*
paulò ante dicitur, ibi *Diſtributiones verò, qui ſta-
tis horis interfuerint*, &c. intelligenda ſunt de in-
tereſſentia non muta, & vt ita dicam, auditiua,
ſed de recitatiuã, cum debeant reuerenter, diſtin-
ctè, & deuotè Devm laudare, quæ perſonalitas
non poteſt per alium exerceri, vt dictum Con-
cilium decernit.

Qui ſenſus cum ſit ex ſe clariſsimus, vt non
recipiat interpretationem, confirmatur ad maio-
rem veritatis demonſtrationem ex tribus decla-
rationibus Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. S. R. E.
Cardinalium Interpretum eiuſdem Sacri Con-
cilij. Quæ habentur in meo Reſponſo, de quo
Stephan. Gratian. Tom. 2. diſceptat. c. 298 à n. 19.

Prima eſt, quod Sacra Congregatio propter
dictum *cap. 12. ſeſſ. 24.* cenſuerit † ſublatum eſſe 30
ſtatutum Eccleſiæ Compoſtellanæ ab immemo-
rabili

Digitized by Google

rabili tempore obſeruatum, quod Canonicus, qui per quadraginta annos continuò Eccleſiæ inſeruierat, haberetur pro Iubilato: ita vt eſſet exemptus à ſeruitio, & lucraretur diſtributiones quotidianas, perinde ac ſi reſideret, ac inſeruiret: Licet poſtea (vt dicitur, in ea declaratione) Sanctiſsimus dixerit præfatum Statutum eſſe tolerandum.

Secunda, quod Canonici non iuuētur aliqua
31 † conſuetudine, quin teneantur omnibus ſeptem horis inſeruire propter clara verba Concilij in *d. cap.* 12. ibi, *Statis horis*, ibi; *Diuina*, ibi, *in Choro pſallant*. Vt propterea fuerit ſatis diſputatū circà Conſuetudinem Eccleſiæ Parmenſis, vbi Canonici non interueniunt Horis Canonicis, ſed ſolum Miſſæ Conuentuali quotidie, & Veſperis in diebus feſtiuis, & retulerint Sanctiſsimo dictam conſuetudinem.

Tertia, quod Canonici, debent præcisè reſi-
32 dere † in Choro, & non ſufficit, quod ſint in Eccleſia. Vndè qui tempore recitationis Horarum celebrarent in Capellis, in quibus tenentur Miſſas celebrare, vel deuotionis cauſa, non debent percipere diſtributiones illius horę, etſi permiſſu Superioris, id facerent. Ita cenſuit Sacra Congregatio, Vbi etiam dixit, admonendum eſſe Superiorem, vt abſtineret à dictis licentijs concedendis. Et videtur eſſe de mente *Felin. in cap. cum olim. num. 2. verſ. Limita hæc. de ſentent. & re iudic.* poſt *Feder.* ab eo allegatum *in conſ.* 200. Quæſitum eſt. *in fin.*

A qua tamen præſentia in Choro † excuſaretur, qui exerceret curam animarum imminētem Cathedrali, dum tamen eſt in actu adminiſtrandi Sacramēta, vel alia exerceret, quæ ſpectarent ad ipſam curam, prout Sacra Congregatio cenſuit, cū ipſo *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 3. & ſeſſ. 24. c. 8.*
33 Quod etiam procedere † dixit eadem Congregatio, quando quis Parochialem habet ſimul, & Canonicatum.

Aduertendum eſt autem pro pleniori dicto-
34 rum intelligentia quod tripliciter † quis poteſt in Choro obmuteſcere. Primò ſi in Choro reſidens nihil prorſus, nec ore, nec corde promat, & ſic tamquàm ſtatua aſsiſtat. Secundò, ſi corde ſolum Devm laudet abſquè voce. Tertiò ſi corde, & ore vox tamen non exaudiatur quæ vt, inquit, *Card. Tolet. d. lib. 2. cap. 10. num. 3. in fin.* debet eſſe articulata, & quod hoc debent aduertere, qui muſsitando recitant Diuinum Officiū.

Firma ergo manet cōcluſio ex decreto Concilij Tridentini, quod Canonici tenentur in Cho-
35 ro recitare Diuinum Officium, † quicquid reſugere nitatur. *Garſ. de beneſ. 3. part. cap. 2. nu.* 517. *& 521. verſ. Vnde ad Concilium.* Quod Concilij non eſt receptum circa cantum, licet à primeua inſtitutione, & iure communi tenerentur in Choro canere, vt ex multis comprobat. *nu.* 513. *& ſeq.* Et vt ſequitur *d. nu.* 521. poſt Concilium continuauit conſuetudo, & etiam durat, quod ipſi non canant, quia Epiſcopi non curantur illud decretum Concilij exequi facere, ſicut, & alia multa, & ſic non obligare, ad ea, quæ tradit ipſe *Garſ. part. 11. cap. 5. num.* 150.

Quæ Concilij Concluſio, quod Canonici tenentur in Choro laudare nomen Domini reue-
renter, † diſtinctè, & deuotè, nihil aliud eſt, quam 36
diuinum recitare Officium in Choro. Quia diuinum Officium, quod in Breuiario Romano continetur, nihil aliud eſt, quam preces, & laudes diuinę, quę feſtis, profeſtiſquè diebus perſoluuntur, iſta ſunt verba fel. rec. Gregorij XIII. in diplomate Correctionis Anni, vnà cum feſtis mobilibus. Si ergo Concilium præcipit, quod Canonici in Choro laudent nomen Domini, & iſta laus eſt, quæ continetur in Diuino Officio Breuiarij, tenentur ergo Canonici diuinum recitare Officiū in Choro, quod in principio dicebamus, eo modo quo recitatur, & ſi cantatur, & ipſi cantare tenētur, alias obmuteſcendo non dicentur laudare Nomen Domini, contra Concilium.

Pius V. in Conſtitut. 135. in nouo Bullario, incip. *Ex proximo. ſub Datum 12. Kalend. Octobr.*
1571. † Confirmat eamdem Concluſionem, *in* 37
verſ. tametſi aliquis. Vbi ſic habet. *Tametſi aliquis Choro addictus non recitans omnibus Horis Canonicis, cum alijs præſens adſit, fructus q; & diſtributiones fortè aliter aſsignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucri feciſſe prætendatis etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe.* Cuius Conſtitutionis hic eſt ſen-
ſus. † Quod graue peccatum admittit, ille qui 38
in Choro addictus, adeſt cum alijs præſens omnibus Horis Canonicis non recitans, prætendēs ſibi lucri feciſſe fructus, & diſtributiones fortè aliter aſsignatas, ſola præſentia, iuxtà ſtatuta, cōſuetudinem, fundationem, vel alias. Item peccatum admittit, ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi ex legitimo impedimento ſe excuſaret. De hoc ſecundo, qui non dixit officium primis ſex menſibus, quibus fuit adeptus beneficium dicemus *infrà c. 5. n. 7. §. Tertio Beneficiarius.* Quod ad primum attinet ſtat clara Cōſtitutio, quod in Choro cum alijs præſens omnibus Horis Canonicis, eas non recitando graue
peccatum admittit. † Licet aliud ſentiat *Garſ. vbi* 39
ſup. de beneſic. p. 3. c. 2. n. 556. §. quibus non fauet,

Digitized by Google

cum alijs ab eo citatis, ea ducti ratione, quod
dicta Conſtitutio loquatur de non recitante ho-
ras in Choro, nec extrà. Imò (eorum pace di-
ctum ſit) quia iſte, qui ſtat in Choro omnibus
horis Canonicis præſens, & non recitat, & eſt
addictus Choro idcò non ſatisfacit, vt ipſe præ-
tendit. Et hoc eſt, quod dicimus, quod per præ-
ſentiam non ſatisfit debito recitandi horas, niſi
recitentur in Choro.

Super dicta Bulla Pij V. fusè idem *Garſ. 3. par.*
cap. 1. à num. 18. & part. 11. num. 144. & ſeq. Vbi
etiam de decreto Concil. Lateranenſis ſub Leo-
ne Decimo, ſuper quo eſt d. Conſtitutio Pij V.

Et quod Canonici, Beneficiarij, Portionarij,
40 & quicumque Clerici, & Monachi, † qui publicè
tenentur diuinum perſoluere officium, publicè
teneantur illud recitare, dicit *Nauar. de Orat. &*
Hor. Canon. c. 10. n. 47. Quod ad lucrandas diſtri-
butiones quotidianas chori non ſufficit dixiſſe horas
antea, vel dicere eas poſtea in domo, vel Eccleſia,
ſed OPORTET, VT IN CHORO CVM ALIIS,
vbi illa lucri ſunt dicantur, vt dici poſſunt, recitan-
do, vel canendo cum alijs. Tum quia diſtributiones
non dantur eo, quod dicuntur, vel canuntur horæ,
ſed quia dicuntur cum alijs in Choro, vel alia parte
Eccleſiæ, vbi, & quemadmodum ſtatutum eſt, Tum
per illud ſingulare Caietan. Tom. 1. Opuſc. tract. 31.
17. reſponſ. 8. ſcilicet, non ſatisfacere præcepto di-
cendi horas ad lucrandum diſtributiones quotidia-
nas Canonicos, & Prælatos, qui ſunt in Choro, &
partem dimidiam non canunt, etiam ſi recitent ſub-
miſſe, & aliam dimidiam partem audiant, ob effi-
caces rationes ab eo adductas in d. reſponſ. 8 Quod,
inquit, *confirmari illo Statuto Eccleſiæ Gallicanæ.*
Et cum pſallendi gratia ibi conueniunt, muta, &
clauſa labia habere non debent, ſed omnes, præſer-
tim, qui maiore funguntur honore, in Pſalmis, Hym-
nis, & Canticis DEO alacriter modulentur. Quod
etiam ipſe confirmat, quod in aliquibus Eccle-
ſijs, vt in Conijmbricenſi adſunt ſtatuta, vt præ-
ſidens poſſit mulctare exiſtentes in Choro, qui
non canunt cum reliquis. Et facit mentionem
Extrauag. Pij V. de qua diximus, & dicemus infrà
cap. 5. in fin. & de contradictione *Caiet. in Sum.*
in verb. Horarum, † quod maiores Chori non de-
41 bent canere, ſed à minoribus cantata meditari;
quod eſt contra dictum Statutum Gallicanum,
& contra ſe ipſum ſuprà citatum. *Nauar.* idem
ibi explicat *cap. 11. num. 41. & 42.* de his, qui ſe
excuſant ex ignorantia cantus, aut vocis ad id
minus aptæ, vel ex prælatione, qua alijs nobili-
tate, ſcientia, & gradu alijs præcellunt, & *cap. 13.*
num. 17.

42 Eamdem concluſionem tuetur † *Molanus de*
Canonicis, lib. 1. cap. 19. Petr. Nauar. de Reſtitut.
lib. 2. cap. 2. à num. 219. Sandon. de offic. diuin. p. 6.
cap. 16. Zech. de Republ. Eccleſiaſtic. cap. 24. de Ca-
nonicis ſub num. 6. Ludou. Bet part. 1. Reſponſ. Caſ.
cõſcient. cas. 55. Arag. 2. 2. quæſt. 83. art. 12. Iacob.
de Graff. aurear. deciſ. lib. 2. cap 51. nu. 12. & c. 52.
nu. 22. & cap. 53. n. 4. & 5. Petr. Ledeſm. in Summ.
part. 2. tract. 9 cap 4. concl. 1. difficult. 1. P. Azor.
Inſtit. Moral part. 1. lib. 10. cap. 11. quæſt. 5. & 6.
P. Soar. de Relig. tractat. 4. lib. 4. cap. 12. cum ſeq.
P. Valer. Reginal. in praxi for. pœnitent. lib. 18. à
num. 175. vbi *num. 176.* † Reſoluit, *Canonicos, &* 43
cæteros Beneficiarios ad recitationem Horarum Ca-
nonicarum in Choro adſcriptos debere eas ibi reci-
tare, nec à peccato excuſari, ſcilicet veniali, ſi eas
domi recitent, niſi iuſtam habeant cauſam abſen-
tiæ, mortale tamen committere, ſi per contemptum,
aut contra Prælati particulare præceptum fieret ta-
lis abſentia. † Et *Eman. in Sum. Tom. 1. cap. 145.* 44
num. 5. aſſerit. *Canonicos domi recitantes, & aſſi-*
ſtentes in Choro non recitando, neque cantando, te-
neri reſtituere diſtributiones quaſi totas, ſine etiam
teneri, qui de ordinario, & frequenter confabulan-
tur in Choro Ludou. Lopez in Inſtructorio conſcient.
Tom. 1. cap. 246. quem ſequitur *Veg. in Summ.*
cap 128. caſu 10. Quibus alios addit *Garſ de benef.*
d. part. 3. cap. 2. n 512. §. Vigeſimo ſeptimo dubita-
tur. Vbi vt diximus quæſt. examinat vſquè ad
num. 523.

Alia cumulauimus infrà *cap 3* Vbi de his, qui
tenentur diuinum officiũ recitare *in §. Canonici.*
ex alias à nobis notatis in illo noſtro Reſponſo
de præcedentia in funeralibus reddito, quod im-
preſſum habetur apud *Stephan. Gratian. Tom. 2.*
Diſcept. forenſ cap. 298. à num. 17. vbi num. 18.
§. Canonicorum etiam vita, vſquè ad n. 22. & multa
ad Canonicos ſpectantia collegimus ex Conci-
lijs, Doctoribus, & Congregatione Sacri Con-
cilij Tridentini.

LOCVS, qui eſt ſecundum requiſitum in re-
citatione Diuini Officij, quando preces ſunt pu-
blicè dicendæ, † in Eccleſia recitari debere. *c. fin.*
diſtinct. 92. Clement. 1. de celebr. miſſ. cap. 1. eod. tit. 45
de celebr. miſſ & ibi *Innoc.* per illum text. In Ec-
cleſia ſiquidem, & commodius, & fructuoſius
oratur *S. Chriſoſtom. Homil. 79. ad Popul. Antioch.*
Et domi, inquit, *orari poteſt, ſic autem, vt in Eccle-*
ſia non poteſt, vbi tanta Patrum multitudo, vbi cla-
mor ad Deum vnanimiter emittitur, Et paulò poſt.
Propterea namq. Sacerdotes præpoſiti sũt, vt multi-
tudinis orationes, cum ſint confirmiores, hiſce poten-
tiores adiungentes, pariter cum his in Cœlum aſcen-
dant. Vbi propterea *Eugenius Papa in can. neceſ-*
ſaria 12. quæſt. 1. conſtituerit, † vt Clerici, ac Sa- 46
cerdotes domicilia propè Eccleſias haberent.

Quod non ſolum procedit in Clericis, & Sa-

cer-

Digitized by Google

47 cerdotibus, ſed etiam in Epiſcopo, † qui in Ec-
cleſia ſua ſacerdotali more aſsiduè eſſe debet
can. peruenit 7. quæſt. 1. Qua ratione à *Concil.*
Carthag. conſtitutum fuit, ne Epiſcopus hoſpi-
tium habeat procul ab Eccleſia. *can. Epiſcopus*
vilem. diſtinct. 41.

Epiſcopus enim ſicut alios ſuperat honore
Ordinis, ita inquit *S. Gregor. in Paſtoral. p. 2. c. 1.*
48 † Omnibus deuotior, & humilior eſſe debet
49 *S. Hieron. in Leuitic.* † *Si quis vult Pontifex non*
tàm vocabulo eſſe, quàm merito, imitetur Moyſen,
imitetur Aaron. Quid enim dicitur de his? quod
non diſcedunt de Tabernaculo Domini. Et poſtea
dicitur, *etiã ergo Sacerdos indeſinenter. can. Si quis.*
50 *diſtinct.* 36. † Et bonum eſſet, quod Epiſcopi me-
moriæ retinerent quod ab *Auguſtino* dicitur. *No-*
ueras (inquit) *dilectio veſtra, numquàm me fuiſſe*
abſentem ab Eccleſia mea licentioſa libertate, ſed
51 *neceſſaria ſeruitute.* † *Licet animus Epiſcopi,* vt
diximus *ex Chriſoſt. Homil. 3. in acta Apoſtol. nihil*
differat à naui, quæ fluctibus iactatur, omniũ enim
52 *onera portare debet.* Vt propterea maximis ſit oc-
cupatus negotijs, vt de Auguſtino dicit Poſsi-
donius in eius vita, vſquè ad horam paſtus, quã-
doquè tota die ieiunius vacabat audientijs, diri-
mendiſquè Chriſtianorum litibus. Tamen in ma-
ximis occupationibus, numquam intermittebat
legitimas preces, & ea, quæ ad cõtemplationem
pertinebant. Vndè *Auguſtin. 19. de Ciuitate Dei.*
53 *cap. 19.* † *Si imponatur hæc ſarcina paſtoralis offi-*
cij, nec ſic deſerenda eſt delectatio veritatis, quæ,
ſcilicet in contemplatione habetur.

Iſte enim locus in Eccleſia dicitur Chorus,
54 † qui ex *Auguſtin. ad Pſal. 149. eſt conſenſio can-*
tantium, vel *ex Iſidor. lib. 6. Origin. c. de offic. Cho-*
rus eſt multitudo canentium. Chorus autẽ eodem
auctore *Iſidor.* ab imagine dictus eſt corona, & ex
eo ita vocatur. Quod planius, & apertius expli-
cans. *Raban. Maur. lib. 1. de Inſtit. Cleric. cap. 33.*
& Amal. Fortun. lib. 3. de Eccleſiaſt. offic. cap. 3. his
verbis. Dictus eſt Chorus, quod initio, in modum
coronæ, circum aras ſtarent, & ita pſallerent. Ita
Durantes lib. 1. cap. 13. de ritib. Eccleſ. apud quem
plura videri poſſunt, & aliqua apud *Durandum*
in Ration. diuin. Offic. lib. 1. cap. 1. num. 18.

Nec omittẽdum, quod ibidem ſubdit *Durant.*
55 *nu. 3.* † antiquum fuiſſe morem, cancellis ſecer-
nere Clericos à laicis in Eccleſia. *can. Sacerdotũ.*
de conſecrat. diſtinct. 2. qui *S. Clementi aſcribi ſo-*
let. Synod. Turon. 2. cap. 1. de vit. & honeſt. cleric.
Bruchard. lib. 3. decret. c. 102. Anſelm. lib. 5. c. 78.
Iuo part. 2. cap. 137. can. 69. qui ſub Synod. Trullen.
nomine circumfertur. Prohibet eos, qui ſunt in
numero laicorum ad altare ingredi. *Hieron. etiã*
lib. 13. ad Ezechiel. cap. 43. enarrat verba illa. *Fa-*
bricati ſunt limen ſuum iuxtà limen meum. Addit,
vt nihil intereſſet inter ſacrum, & prophanum. Et
poſtes ſuos iuxtà poſtes meos. Vt vnus laicorum, &
clericorum eſſet introitus. Vndè & Apoſtol. dicit.
probet autem ſe homo, & ſic accedat ad corpus, &
ſanguinem Domini, & vt grauius faceret, quod di-
cebat, ſequentem iungit verſiculum. Et murus erat
inter me, & eos, vt Sacerdotalia ſacrificia, & loca
Sacramentorum Corporis, & Sanguinis Domini
Noſtri IESV Chriſti vnus breuiſſimus murus diui-
deret. Et poſtea. *Quid prodeſt habitationis vici-*
nitas, & medius inter cellulam noſtram, & altare
Domini paries. &c.

S. Clemens lib. 2. Conſtitut. Apoſt. cap. 57. † *Sit,* 56
inquit, *ſolium Epiſcopi in medio poſitum, & in vtro-*
què eius latere, ſedeant Presbyteri, adſtent Diaconi
ſuccincti, & expediti ſine multa veſte. Et paulò poſt.
Sit autem eorum cura, vt laici in altera parte, or-
dine, decorè, & quietè ſedeant. Et propterea, quod
errauit Martinus Polonus, qui Bonifacium II.
auctorem facit ſecernendi Clericos à laicis.

S. Gregor. Nazianzen in Carmine ad Epiſcopos
† præclarè, & grauiter, vt cætera omnia, enarrat 57
quid cancelli in templis ſignificent.

Hos quoque, qui mũdos dirimũt (quorũ effluit alter
Alter, at vſquè viget ſtabiliſq; in ſæcula durat)
Diuoſq; atque homines diſcludunt limite certo
Cancellos, talis nimirum erat hic locus olim:
At nunc ridiculis contra diſcrimine nullo
Cum quiſque haud clauſis ad intima portis,
Te mihi tam medio in cœtu ingentiq; corona
Stans præco hæc alta videatur dicere voce.

S. Ambroſius Imperatori locum † in Eccleſia 58
à Sacerdotibus ante cancellos ſeparatum con-
ſtituit. Theodoſius enim Imperator cum dona,
vti ſolebat, obtuliſset, intra ſacros cãcellos per-
manſit. Moris enim erat, vt Imperatores, dum
ſacris intereſsent, in Sacrario ſederent. Quod &
can. 69. quod ſub *Trull. Synod.* circumfertur. vbi
Balſamon. Hanc cõſuetudinem Ambroſius con-
ſiderans, vel ex aſsentatione, vel ex ordinis in-
ſcitia eſse natum. Imperatori in Eccleſia locum
aſsignauit, ante Sacrarij cancellos, ita vt popu-
lum Imperator, ait Sozomenus, Imperatorem
Sacerdotes ſedis ordine antecederent. Nam
purpura, dicebat Ambroſius, Imperatores non
Sacerdotes efficit.

Hanc Ambroſij admonitionem excepit lubẽs
† Imperator fœliciſsimus, eumque ordinem vt 59
optimum, tunc laudauit, poſteaquè confirmauit,
idquè inde vſquè ad hæc tempora ſeruatur.
Sozomen. lib. 7. Hiſt. Eccleſ. c. 24. Theodoret. lib. 7.
cap. 17. Nicephor. lib. 12. c. 41. Paul. Diacon. lib. 13.
rerum Romanorum.

Sed cum ſit dictum de loco in Eccleſiæ pro

recitatione diuinorum in Choro, opportunum
videtur eſſe narrare, quod miraculosè accidit
60 S. Hilario in † loco Concilij, quod refert *Steph.
Gratian. in ſuis Diſcept. forenſ. Tom. 2. c. 284. n. 52.*
cuius verba hæc ſunt. *Leo Papa Romanus poſt Fe-
licem Secundum Arrianus, Synodum coëgit, ad
quam cum S. quoque Hilarius veniſſet, vel non vo-
catus, vel tardiùs, quam par eſt. Leo prohibuit, ne
quis ei aduenienti aſſurgeret, aut ſigna honoris, &
ſalutationes daret. Hilarius, cum videret nullum
ſibi dari locum inter Epiſcopos, humi ſedere voluit,
inquiens, Domini eſt terra, & plenitudo eius, Mox
ergo terra in altũ eleuata miraculosè Hilario ſedem
præbuit. Leo iratus: Tu ne ergo Hilarius Gallus es?
At ego ſum Leo Romanus. Modeſtè reſpondit Hila-
rius, ſe Gallum non eſſe, ſed Epiſcopali munere in
Gallia fungi, Hoc tamen ſe quoque ſcire, cum Leo-
nem eſſe, verùm non de Tribu Iuda. Id reſponſum
Leo indignè ferens. Cum ſtomacho, inquit, me Leo-
nem eſſe, cum rediero re ipſa tibi oſtendam. Mox tor-
minibus correptus ad cloacam abijt, & ibi effuſis
inteſtinis, ventrinis perijt. Conradus Alberſtaten-
ſis, & Hermannus Gigas.* Hucuſque Gratianus.
Circa cuius dicta eſt aduertendum, quod cum à
citatis ab eo Auctoribus dicitur Leo Papa Ro-
manus, Quod iſte Leo dictus Octauus natione
fuit Romanus, ſed Antipapa, qui à Romana Sy-
nodo fuit depoſitus, factus Pontifex poſt Bene-
dictum Sextum. Anno 965. ex Ciacconio de
Geſtis Pontificum.

61 Locus quicumque idoneus eſt, † ſi priuatæ
ſint preces. In his enim ex Baſilio in exhortat.
ad Baptiſmum. *Non locus, ſed affectus, ſeu inten-
tio deſideratur: Deum in medio mari Moyſes exora-
uit. Iob in ſterquilino, Ezechias in lecticulo ad mi-
ſericordiam prouocauit, Ieremias in luto, Ionas in
ceto, Daniel in lacu placauit, Pueri in camino ignis
promeruere, Latro in Cruce. Petrus, & Paulus in
carcere. Igitur, & tu vbicumque fueris ora.* Et
*Ambroſ. ad Roman. 1. Vbicumque qui mente DEO
deuota locutus fuerit, reſpondebit.*

62 TEMPVS quoque obſeruari debet † in re-
citatione diuinarum precum, ideò enim Cano-
nicæ appellãtur, quia ſtatis, & debitis horis reci-
tari debent, *Concil. Vienn. Clem. 1. de celebr. miſ.
Concil. Baſilienſ. cap. quando diuin. offic. celebr. de-
beant. cap. 2. de offic. cuſtod. & longè ante Concil.
Agath. cap. 2. de celebr. miſ.*

Quod habet locum etiamſi nullus extraneo-
rũ accedat ad Eccleſiã auditurus preces publi-
cas, *Innoc. Hoſt. & Io. And. in d. c. 1. de celebr. Miſ.*

Quæ autem ſint iſtæ Horæ ſtatæ, & debitæ, di-
63 cemus infrà in ſeparatis Capitulis † pro diuerſi-
tate Horarum in diuerſis regionibus, & Poli ele-
uationibus, Vbi videbimus reſpõdentiam Hora-
rum Canonicarum cum omnibus generibus ho-
rarum, quæ quatuor ſunt, videlicet inæquales,
quæ etiam Planetariæ, Antiquæ, & Eccleſiaſticæ
dicuntur, Italicæ, à meridie, & media nocte, quę
etiã cõmunes dicũtur. Et deniquè Babylonicæ.

Nec licitum eſt in priuata † Horarum Cano- 64
nicarum recitatione abſquè rationabili cauſa
horas debitas peruertere abſquè in curſu pec-
cati venialis iuxtà opinionem *Nauar. de Orat. &
Hor. Canon. cap. 3. num. 49. § quintò infertur. verſ.
peccata tamen.* Cuius opinionem communem
eſſe dicit *Marcell. Francol. de Temp. Hor. Canon.
cap. 25. nu. 7. & ſeq.* quam probat auctoritatibus,
rationibus, & exemplis.

ORDO etiam ſeruari † debet in Diuini Offi- 65
cij ſiue Horarum Canonicarum recitatione, eũ
ordinatè ſint horæ recitandæ, neque liceat ordi-
nem in vertere, putà, Tertiam ante Primam, ne-
què Completorium licet recitare ante Veſperas
ſine iuſta cauſa, *Nauar. de Hor. Canon. d. cap. 3.
num. 65. & ſequent.*

Si quis tamen non ordinatè, ſed præpoſterè
Horas † recitaret non mortaliter, ſed venialiter 66
peccaret. *Antonin. 3. part. tit. 13. cap. 4. § 4. Innoc.
in cap. dolentes. de celebrat. Miſ.*

Ponit hoc loco *Steph. Durant. d. lib. 3. cap. 24.
num. 13.* illud dubium. † An Sacerdos peccet 67
mortaliter, ſi Miſſam celebraret ante Matutini
recitationem. Et dicit, quod Scholaſticorum, &
Canoniſtarum communis opinio eſt, quod pec-
caret mortaliter, quamquam *Soto lib. 10. de Iuſt.
& Iur. quæſt. 5. art. 4. & ad 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 2.
artic. 2.* & alij graues Auctores diſſentiunt. Soti
autem argumenta refelluntur à *Nauar. vbi ſuprà
cap. 21. nu. 30.* & à *Francolin. de temp. Horar. c. 2.*

INTEGRITAS etiam eſt neceſſaria, vt
omnes Horæ Canonicæ recitentur, † & mortali- 68
ter peccat, qui ſcienter vnam, vel plures præter-
mittit. *Antonin. 3. part. tit. 13. cap. 4. § 5.* ſtudiosè
enim, & diſtinctè ſingula verba ſunt prõnũciãda.

Et qui † deglutiendo, vel ſyncopando verba, 69
vel ſyllabas prætereunt, damnantur à *Concil. Ro-
mano. cap. dolentes. de celebr. Miſ. à Concil. Vien-
nenſ. Clem. 1. de celebrat. Miſ. & à Concil. Baſil.
ſeſſ. 21.* qualiter horæ dicẽdæ ſint extrà Chorum.
Et à *Concil. Trid. d. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12.*

Huc facit ad confirmationem eorum, quæ di-
cimus, viſio narrata à *Nauar. de Orat. & Hor. Can.
cap. 10. num. 10. ex S. Antonin. 2. part. tit. 9. c. 13.
§. 3. col. 3.* † De quodam Patre Sancto, cui viděri 70
in Choro Dæmonem multa imponentem ſacco,
& interroganti, quid imponeret? Reſpondit ſyl-
labas, & verba, quæ hi, vel iſti omittunt, inter
dentes deglutiunt, & malè pronunciant, vt illos
eius rei accuſaret in iudicio futuro.

Non

71 Non autem excluditur iſta integritas, † cum
in Choro preces recitantur, vel extrà cum alijs
alter nos dicendo verſus, cum attentione quãdo
alius recitat, audiendo. *Anton. d. 2 pars. tit. 9.*
cap. 12. §. 3. Nauar. de Orat. cap. 10. & fusè infrà
Cap. IX. De Cantu Eccleſiaſtico.
72 Nequè à Choro eſt egrediendum, † donec in-
tegra precum abſoluatur recitatio abſque grauis
peccati incurſu. In cuius cõfirmationem legitur
apud *S. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 4.* S. Benedictum
vidiſſe Diabolum à Choro quendam Monachum
extrahentem ante Horæ finem, tandemquè Be-
nedicti diſciplina Diabolum fugatum.
Peccant etiam in hoc requiſito Integritatis,
non ſolum, vt dictum eſt, qui è Choro egrediun-
tur ante finem recitationis Horarum Canonica-
73 rum, † ſed etiam ij, qui tardiùs ingrediuntur, de
quibus *in Concil. Aquiſgran. Primò à cap. 126.*
vſque ad 130. quod per extenſum poſuimus infrà
Cap. 16. De numero Horar. Canonic. poſt princip. in
§. loco omnium in verſic. Qui autem has Horas fre-
quentare, &c. Vbi de pœnitentia negligentium,
de qua etiam *Caſſian. lib. 3. de Inſtit. Monach. c. 7.*
Et *in Concil. Baſileenſ. conſtitutum legimus Cap.*
74 *Quo tempore quiſquè eſſe debeat in Choro.* † Abſen-
tes à Choro non cenſeri, qui in Matutinis ante
finem Pſalmi, Venite exultemus. In alijs Horis
ante finem primi Pſalmi, In Miſſa ante vltimum
Kyrieleiſon, Officio diuino interſunt.
ATTENTIO etiam eſt neceſſaria in diui-
75 narum precum recitatione, † quæ nihil aliud eſt,
quàm fixam habere mentẽ in ipſis precibus, hinc
attentos dicimus auditores, qui ad ea quæ di-
cuntur vacando animum habent immobilem, vt
id, ſcilicet, in corde voluatur, quod ore profe-
rimus. Vndè *S. Cyprianus de Orat. Domin. in cap.*
quando de conſecrat. diſtinct. 1. Quando, inquit,
ſtamus ad orationem, fratres dilectiſſimi, vigilare,
& incumbere ad preces toto corde debemus. Cogita-
tio omnis carnalis, & ſæcularis abſcedat, nec quic-
quàm, tunc animus, quàm id ſolum cogitet, quod
precatur. Quæ autem ſegnitia eſt alienari, & capi
ineptis cogitationibus, & prophanis, cum Dominum
deprecaris? Quaſi ſit aliquid, quod magis debeas
cogitare, quàm cum Deo loqueris. Quomodo te à
Deo audiri poſtulas, cum te ipſe non audias? Vis
eſſe Deum memorem tui cum rogas, quando tu ipſe
memor tui non ſis? cum alijs multis *à Durant. no-*
tatis d. lib. 3. cap. 24. num. 16.
Quia hoc Attentionis requiſitum, ſi cæteris
76 omnibus non præponderat, † vnum tamen eſt ex
magis neceſſarijs, non ſolum in oratione, ſed in
omnibus operibus ad Chriſtianum ſpectantibus,
& ab eo perſoluendis, ideò non grauabimur ali-
quantulum in eius explicatione immemorari.

Cum attendere debeamus † ad ea quæ faci- 77
mus, hinc eſt illud prouerbium, Age quod agis.
Et *S. Io. Chriſoſt.* vt etiam notauimus in Procemio
ſuprà paulò *ante fin.* ad aliud propoſitũ, *Hom. 87.*
in Ioan. circa med. Cum *Ioan. 21.* Petrus quæſiſſet
à Chriſto de Ioanne, *hic autem quid?* Et Ieſus
reſpondiſſet, *Sic eum* (vel vt ipſe *Chriſoſt.* legit, ſi
eum) *volo manere donec veniam, quid ad te? tu me*
ſequere. Subiungit Chriſoſtomus. *Quod cum*
Apoſtoli Orbis terrarum curam eſſent ſuſcepturi, ſi-
mul amplius eſſe non oportebat, magnum enim fuiſ-
ſet mundo detrimentum. Et poſtea addit. *Idcircò*
inquit, ſcilicet, Ieſus, *Opus ſuſcepiſti, id conſidera,*
perfice, labora, & te certaminibus expone. Quid ad
te, ſi eum volo manere hic? tu officium tuum cura,
& exequere. † Ex quibus verbis apparet, quod in 78
quolibet opere animi fixio requiritur ad opus,
quod fit, & iſta eſt attentio.
Optimè attentionis requiſitum in quolibet
opificio expreſſit Seneca in illa ſua, nõ Aethnico,
ſed Catholico digna ſententia. † *Quod magna* 79
pars vitæ elabitur malè agentibus. Maxima nihil
agentibus. Tota aliud agentibus. Si ergo tota vita
elabitur aliud agentibus, nonne tota oratio eua-
neſcit abſque aliquo fructu, & exauditione?
† Aliud autem in oratione, & precibus diuinis 80
agere dicuntur, qui, vnum in ore aliud habent in
corde, vt propterea iuſtè Deus conqueratur, di-
cendo *Iſai. 29.* & *Matth. 15. Populus hic labijs me*
honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Corde
enim longè eſſe à Deo, eſt cor eſſe in alio longin-
quo loco, aliudvè cogitare ab eo, quod ore orat,
quod dixit Seneca eſſe aliud agere, Intelligendo
tamen iuxtà doctrinam S. Thomæ de qua in fine
huius requiſiti.
Vnde *Ieremias Propheta cap. 1.* attentionem
petebat à prætereuntibus, dicendo. *O vos omnes,*
qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt
dolor ſimilis, ſicut dolor meus. Quaſi diceret, quod
non viderent aliud non ad aliud diuerterent, niſi
dolorem eius.
Et Propheta Dauid docet populum modum,
quo debeat eſſe attentus, † inclinãdo ſiue erigen-
do aures non ad extranea, non ad alia, ſed ſolum
ad ea verba, quę erat locuturus, dicendo *Pſal. 77.*
Attendite popule meus legem meam, inclinate au-
rem veſtram in verba oris mei. Eumdem attentio-
nis modum replicat *Pſalm. 8. Audite*, inquit, *hæc*
hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui ha-
bitatis terram.
Non ſolum autem à populo, & gentibus hanc
attentione, & attentionis modũ exquirit Regius
Propheta, ſed eamdem inſtanter à Deo petit, vt
ſuis attendat orationibus *Pſalm. 5. Verba mea au-*
ribus percipe Domine intellige clamorem meum, in-
tende

tende voci orationis meæ Rex meus, & Deus meus.
Et *Pſalm.* 53. *Domine exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.* Et ſimili modo *Pſ.* 88.
Inclina Domine aurem tuã, & exaudi me, quoniam
inops, & pauper ſum ego. Quod etiã repetit *Pſ.* 30.
Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.
Et inculcat *Pſalm.* 142. *Domine exaudi orationem*
meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia. De qua attentione etiam ipſi Deo gratias agit *Pſal.* 137. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audiſti verba oris mei.*

Quem attentionis modum Sancta Eccleſia à
Propheta edocta ſeruat in ſuis precibus, vt à Deo
exaudiatur, dicendo in Oratione Dominicæ tertiæ aduentus, *Aurem tuam quæſumus Domine precibus noſtris accommoda, & mentis noſtræ tenebras gratia tuæ viſitationis illuſtra.* Vbi petitur illuminatio mentis de qua illuminatione, vt ab ea ad
Deum illuminãtem reflectamus, ſtatim dicemus.

Et quod ipſe Deus ita etiam attendat ad ora-
82 tiones iuſtorum, † teſtatur Dauid *Pſal.* 33. *Oculi,*
inquit, *Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum.* Quod iiſdem ferè verbis ipſe Deus repetit Salomoni poſtquam ædificauerat templum
2. *Paralip.* 7. ibi. *Oculi quoquè mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit.*

Aduertendum eſt etiam, quod Dauid hanc at-
tentionem à Deo petit, & etiam, vt dictum eſt
83 ab hominibus, † quando agitur de re graui, &
difficili, vt apparet ex Pſalmis citatis. Et in ſpecie *Pſalm.* 53. vbi exprimitur cauſa requiſitæ attentionis, *Quoniam alieni,* inquit, *inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.*
Et *Pſalm.* 87. cum dixiſſet, *Intret in conſpectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam.*
Et ſubiungit rationem. *Quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit.*
Et *Pſalm.* 101. *In quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam.* Et ſubiungit cauſam. *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt,* &c. cum multis alijs ibi narratis.
Et *Pſalm.* 142. *Et non intres in iudicium cũ ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Et *Pſalm.* 85. *Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & pauper ſum ego.*
cum alijs ibidem expreſſis.

84 Ita & nos, cum à Deo præcipuè inter alia, † &
ſuper omnia in noſtris precibus, & orationibus
petamus, & petere debeamus veniam peccatorum, quæ eſt ſumma ſummarum, & nulla cauſa ea grauior reperiri poteſt, vt dicebat Dauid, *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo.* Propterea non ſolum à Deo hanc attentionem enixè petere debemus, ſed nos eamdem attentionem nobis ipſis præſtare debemus, ad petita, maxima ſollicitudine, & vigilantia ab alijs tunc cor retrahendo.

Et hoc eſt quod paulò ante ex S. Cypriano, dicebamus. *Quod quando ſtamus ad orationes, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus.* Notando illa verba, *toto corde,* quæ enixam indigitant attentionem.

Ex quorum verborum occaſione, placet hoc loco repetere, quod aliàs diximus ad Lectorem in Primo Tomo, & Parte noſtrorum Singulariũ ex Rotæ Romanæ Deciſionibus Selectorum, quod Lectoribus ſpero non futurum iniucũdum, & vtile, & volui repetere cum ille liber non omnibus ita facilè præſtò ſit.

Legitur in ſacra Scriptura, quod Deus omnipotens, cuius natura bonitas, cuius opus miſe-
ricordia, fideles ſeruos, † & prudentes hoc ſigno 85
infallibili ab alijs diſcernit, quod hi acceptum talentorum numerum duplicant, ita eis operando, vt tantundem ſuperlucrentur, quantum acceperunt. Sic enim dictum fuit *Matth.* 25. illi qui rationem reddendo de quinque talentis, alia quinquè acquiſiuerat, ac etiam ei, cui duo tantum credita fuerant.

Huius ego æternæ Sapientiæ iudicium, ipſe
mecum ſæpiùs animo reuoluens, † dicebam in- 86
tra me, cur Deus duplum exigit eius, quod tribuit? Vndè (primo aſpectu, & mortalium oculis, qui ad pauca reſpicientes, de facili enunciant) tàm dura exactio, non enim otioſam videbatur tenuiſſe Domini ſui pecuniam, qui minùs acquiſiuit, eo quod accepit, licet enim benè fuerit negociatus, qui alia quinque addidit, tamen non videtur reprehendendus, qui alia quatuor, vel tria, aut etiam vnum fuerit nactus, cum non totaliter deſidiæ vitio videretur laboraſſe, nec abſcondiſſe pecuniam Domini ſui.

Latent quidem diuina myſteria (vt inquit *S. Ambroſ. lib.* 2 *in Luc. in init.*) nec facilè iuxtà Propheticum dictum quiſquam ſcire poteſt con-
ſilium Dei. Dum autem hæc ipſa cordis intimo
ſcrutarer, in mentem venit antiquum, † & ve- 87
riſſimum illud Theorema, quod mira ſubtilitate à Proſpectiuis demonſtratur, nimirum; *Radium ſuper ſpeculum perpendiculariter inſiſtentim in ſe ipſum reflecti.* Quod inferunt ex alio Theoremate, *quod angulus incidentiæ æqualis eſt angulo reflexionis,* de quo Chriſtophorus Clauius Mathematicorum noſtri tẽporis facilè Princeps meus olim Præceptor ab anno 1582. vſque ad annum 1612. & diem 5. Febr. qua deceſſit, *lib.* 8. *Geometria Practica, propoſ.* 7. *in Scholio.* Ac propterea cũ radius Solis perpendiculariter inſtat ſpeculo,

& ſic

Digitized by Google

& ſic angulus incidentiæ eſt rectus, angulus reflexionis eſt etiam rectus, & ideò reflectitur in ipſummet radium incidentem, & non ad aliam partem neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, aliàs enim eſſet angulus reflexionis minor angulo incidentiæ, (cum omnes anguli acuti ſint recto minores) quod eſſe non poteſt, non enim à radio perpendiculari poteſt fieri reflexio in angulum obtuſum, cum ſuprà planum incidentiæ à radio recto non adſit aliud ſpatium, quàm pro angulo recto, vel acuto, vt patet ad oculum.

Ex quibus demonſtrationibus ad inſtar Archimedis, dixi, *Εὕρηκα, Εὕρηκα*. Vnde, non mirum, quod lucrum capitali minus eſſe non debet, & qui talenta quinque, vel duo accepit, totidem ſuperlucrari tenetur.

Cum enim, † *omne datum optimum, (Iacob. 1.) & omne donum perfectum* (& hoc eſt, quod in ta-
88 lentis tribuitur) *deſurſum ſit, deſcendens à patre luminũ*, de ſublimi parte hoc lumen ad nos perpendiculariter deſcẽdens tribuendo nobis quinque, vel duo talenta, non ad dexteram, neque ad ſiniſtram, ſed rectà ſurſum ad ipſum debet reflectere radiantem. Et ita à Deo nobis communicatum lumen, ideſt, credita talenta eidem redditur in tota latitudine accepta, quod ſi minimum quid huic reflexionis angulo deſit, declinando à recta linea perpendiculari, aliò dicetur, non ad ipſum Deum illuminantem contrà naturam reflectere.

Vndè opportunè *S. Hieronym. lib. 1. Comment.*
89 *cap. 5. Matth.* dicit, † *Quod ſi à recta via paululum declinaueris, non intereſt verum ad dexteram vadas, aut ſiniſtram, cum verum iter amiſeris*. Ecce quod clarè dicit viam rectam eſſe tenendam, & ab ea non declinare ad dexteram, neque ad ſiniſtram; Et non eſt dubium, quod tunc eſt recta via per lineam rectam, quando, Sol de directo perpendiculariter, vt diximus, inſiſtit ſpeculo, & radius Solis in ſe ipſum reflectendo, facit radius idem illuminans, & reflectus vnam, eamdemquè lineam rectam. Ita cum Deus ſurſum illuminet deſcendendo, ſi noſtra mens ad eum reflectendo, ex illuminatione, & reflexione vna, eademquè ſit recta linea.

90 Et hoc eſt, quod non ſufficit obſeruantia † aliquorum Dei mandatorum, nec multorum, ſed omnium eſt neceſſaria, vnde qui in vno offendit factus eſt omnium reus, quia illud ſolum, cum in angulo reflexionis deficiat, dicetur eſſe omnium reus. Et virgines illæ, ideò fatuæ ſunt appellatæ, & non intrauerunt cum ſponſo ad nuptias, quia ſumptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum. Ex qua olei ſolum deficientia fuerunt excluſæ, quia vt inquit *S. Greg. Homil. 12. in Euang.* Laudem ſuam foris expetebãt ab ore hominum, Vel, vt *S. Io. Chriſoſt. Homil. 79. in Matth. poſt init.* quia miſericordiæ operibus caruerunt, quamuis cætera haberent.

Propterea Propheta Dauid *Pſalm. 118.* & in
alijs etiam ſæpius † repetendo inculcat directio- 91
nem cordis, totum cor, omnia mandata, & legem Domini, videlicet,

Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius, *in toto corde* exquirunt eum.

Vtinam *dirigantur* viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Tunc non confundar cum perſpexero in *omnibus mandatis tuis*.

Confitebor tibi in *directione cordis*.

In *toto corde meo* exquiſiui te.

In labijs meis pronunciaui *omnia iudicia* oris tui.

Maledicti, qui *declinant* à mandatis tuis.

Scrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in *toto corde meo*.

Inclina cor meum in teſtimonia tua.

Superbi iniquè agebant vſquequaquè, à lege autem tua *non declinaui*.

Deprecatus ſum faciem tuã in *toto corde meo*.

Ego autem in *toto corde meo* ſcrutabor mandata tua.

Ab *omni via mala* prohibui pedes meos, vt cuſtodiam verba tua.

A iudicijs tuis *non declinaui*, quia tu legem poſuiſti mihi.

A mandatis tuis intellexi propterea odiui *omnem viam* iniquitatis.

Inclinaui cor meum ad faciendum iuſtificationes tuas.

Propterea ad *omnia mandata tua* dirigebar, *omnem viam iniquam* odio habui.

Greſſus meos *dirige* ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei *omnis iniuſtitia*.

Clamaui in *toto corde meo* exaudi me Domine.

Multi qui perſequuntur me, & tribulant me, à teſtimonijs tuis *non declinaui*.

Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua, quia *omnes viæ meæ* in conſpectu tuo.

Et ideò *Pſalm. 50.* idem Regius Propheta petebat in eius viſceribus innouari hanc ſpiritus rectitudinẽ, dicẽdo *Cor mundũ crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in viſceribus meis*. Vbi eſt aduertendum, quod non poteſt fieri reflexio luminis in ſpeculo, niſi ſit terſum, lucidum, & mundum, ita nec in corde immundo poteſt fieri reflexio ad Deum, ideò vt ſequatur reflexio præmiſit Dauid, *Cor mundum crea in me Deus*. Huius autem directionis ſimilitudinẽ explicat *Pſ. 150.* cum Deum deprecando dicebat, *Dirigatur Domine*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

mine oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Vbi ad literam loquitur de directione per aſcenſionem ad ſuperiora non declinando ad dexteram, nequè ad ſiniſtram, vt aſcendit incenſum, per quod intelliguntur orationes Sanctorum, vt etiam dicitur *Apocal.c.*8 ibi, Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coràm Deo.

Et *Pſalm.*25. volens quaſi atteſtari de mandatorum omnium obſeruantia, & ſua innocentia, dicit, *Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum, redime me, & miſerere mei. Pes meus ſtetit in directo*, &c. Et non mirum quod Propheta dicit, *Pes meus ſtetit in directo*. Quia pro ſua innocentia conſequenda obſeruabat vbi pedes poneret, gradiendo iuxtà lumen præceptorum, & legis diuinæ, vt ipſemet dicit *Pſalm.* 118. *Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt cuſtodiam verba tua*. Et paulò poſt *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. Et iterum. *Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniuſtitia*. Et *Pſalm.*39. *Et ſtatuit ſuprà petrā pedes meos, & direxit greſſus meos*. Et *Pſ.*55. *Eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu*.

Et *Pſalm.*72. explicatur quantum ſit Deo placita cordis rectitudo, in principio Pſalmi. *Quàm bonus Iſraël Deus: his qui recto ſunt corde*.

Et *Pſalm.*89. eandem directionem inculcatè precatur. *Reſpice*, inquit, *in ſeruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum, & ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, & opus manuum noſtrarum dirige*. Vbi Dauid ad literam confirmat id, quod diximus ſuperius de luminis reflexione, dicit enim, *quod ſit ſplendor Dei ſuper nos*. Ecce quod venit ab alto ſuper nos, ſicut Sol ad ſpeculum. Et vlterius, petit vt dirigantur opera noſtra non infrà nos ad terrena, ſed ſuprà nos, ad cœleſtia ſcilicet, & ad Deum ipſum illuminantem, quod geminatè inculcando inſtar.

Videns autem Sancta Eccleſia quàm ſit neceſſaria iſta directio noſtrorū operum ad Deum, hunc Pſalmi verſiculum quotidie recitat in fine Primæ.

Et *Pſal.*39. dicit, quod Dei legem habebat in medio cordis ſui. Quia ad legis obſeruantiam cor eius ſe habebat, tamquam circuli peripheria æqualiter diſtans à centro, in quo ſtabat Dei lex, ad inſtar indiuiſibilis puncti, ab ipſius corde circumdata propter totalem obſeruantiam, in qua eius cor dilatabatur, vt ipſemet dicit *Pſalm.* 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum*.

Et *Tob.*1. de eo dicitur, *Et quoniam memor fuit Domini in toto corde ſuo, dedit illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar Regis*.

Et *Ioel.*6. ex ipſius Dei perſona dicitur. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro*.

Vnde meritò, vt alia multa, quæ cumulari poſſunt, omittamus, in ſacra Scriptura 4. *Reg.* 24. *num.*25. Laudatur Rex *Ioſias*, quod ſimilis non fuit illi ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum *in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua, iuxtà omnem legem Moyſi*, nequè poſt eum ſurrexit ſimilis illi. Iure iſte Rex commēdatur cum reuerſus fuiſſet ad Dominum in totalitate cordis, animæ, virtutis, & obſeruantiæ legis Moſaycæ.

Et *Act.cap.*8. S.Petrus Apoſtolus reprehendendo Simonem ita dicit, *Non eſt tibi pars nequè ſors in ſermone iſto, cor enim tuum non eſt rectum coràm Deo*.

Ex quibus ſtat firma concluſio, † quod ad hoc 92
vt ſerui fideles, & prudentes inueniamur, debemus totū quod accepimus in dantem retorquere, & ſic talenta accepta duplicantur totidem ſuperlucrando per directionem, ſiue reflexionem acceptorum ad ipſum dantem ſiue donantem, qua totalitate ſublata ceſſat dicta ſuperlucratio.

Et propterea dicebat S.Cyprianus, quod ad orationem debemus vigilare, & incumbere ad preces toto corde, & hoc vt poſſimus duplicare, vt diximus, credita talenta, & conſequi quod in oratione petimus, nam corde diſtracto orando euacuatur fructus orationis, & exauditionis, vt bene ſubiungit idē Cyprianus. *Quomodo* inquit, *te à Deo audiri poſtulas, cum te ipſum non audias?* Vis eſſe Deum memorem tui, cui rogas, quando tu ipſe memor tui non ſis?

Surſum igitur totum cor ſi fixum habemus ad Dominum, vt quotidie in Sancto Miſſæ Sacrificio monemur, erit attenta oratio, & preces diuinæ condignum afferent fructum, vt fideles, & prudentes inueniamur.

Nec eſt à propoſito alienum, ſi † attentionis 93
originem conſideremus, quæ à verbo, tendo, deduci poſſe videtur, quaſi tendo ad te. Vnde dicimus piſcatores, venatores, & aliorum animalium prædam facientes retia tendere, tendere laqueos, & etiam inter ipſos homines (quod eſt abominabile) dicimus tendere inſidias, cum inuicem ſe decipere ſatagunt; vel cum aliquem in cautum, & improuisè volunt offendere, vt dicitur *Pſalm.*139. *Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi, & funes extenderunt in laqueum*. Et *Pſalm.*140. *Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantiū iniquitatē cadent in retiaculo eius*

eius peccatores. Et *Pſalm.* 141. *In via hac, qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi. Ierem. in Lamentat. cap.*1. *expandit rete pedibus meis, conuerti me retrorſum.*

Tales enim perſonas diſpoſitis, & expanſis retibus, laqueis, vel alijs adinuentionibus, videmus ſollicitè inuigilare, diligētiſſimè obſeruare, & ſępè ſine potu, & cibo oculatè inſiſtere, noctu, dieque, & quod peius eſt, nec æſtus, nec frigoris, aut pluuiæ incommoditatem curantes, idquè non aliam ob cauſam, niſi vt capta præda tamquam victores exultent.

Hoc modo fideles Chriſtiani cum orant, nihil aliud facere videntur, quàm retia tendere, vt à Deo petita impetrent tàm pro animæ, quàm corporis neceſſitatibus.

Ex dicta vigilantia, & ſollicitudine dicuntur prædictæ perſonæ obſeruare, & attendere ad id, quod agunt, nec ad aliena diuertere, vt ſuperius diximus ex Seneca. Quod etiam nos facere debemus, quia in precibus, & orationibus nihil aliud quærimus, quàm, vt diximus, vt Deus ex ſcrinio ſuæ exauditionis à nobis petita annuat. Vnde eadem, & maiori obſeruantia, & attentione vacare debemus in noſtris ſupplicationibus.

Circa attentionem dicit *Durant. vbi ſup. lib.* 3.
94 *cap.* 24. *num.* 16. † duo ſollicitudinem, & dubitationem afferre. Alterum, quod etiam Sancti viri
orando quandoquè euagationem mētis patiuntur, vt *Pſal.* 39. cum dicitur, *Cor meum dereliquit me.* Alterum, quod idiotæ, & illiterati vix verba, ſenſum verò minimè intelligant, & ideò non poſſunt attendere ad id, quod non intelligunt, cum
95 triplex ſit † Attentio, quæ precationibus adhiberetur. Vna qua ad verba attendimus. Secunda qua ad ſenſum verborum. Tertia qua ad finem, Deum ſcilicet. *ex S. Thom* 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 13. quem cæteri Scholaſtici ſequuntur.

His difficultatibus occurrens ibidem S. Tho-
96 mas, notat, † euagationem mentis, quæ fit conſultò, & cogitatò, ſiue expoſito, impedire fructū orationis, atque peccatum eſſe; eam verò, quæ accidit præter conſilium, & propoſitum, non tollere fructum orationis. Vnde *Baſil. ſerm. de amando Deum. à med. Si debilitatus à peccato fixè nequis orare, quantumcumque potes, te ipſum cohibeas, & Deus ignoſcet: eò quod non ex negligentia, ſed ex fragilitate non potes, vt oportet, aſſiſtere coràm eo.*
97 Addit S. Thomas, † quod, vt dictum eſt, cum
triplex ſit Attentio, ea quæ eſt ad Deum, poſſunt habere idiotæ, *Et quandoq́;* ait ille, *in tantum abundat hac attentio, qua mens fertur in Deum, vt etiam omnium aliorum mens obliuiſcatur, vt dicit Hugo de S. Victore, in lib. de modo orandi. cap.* 2. Hæc S. Thomas, quæ pluribus verbis enarrant *Gab. Biel. ſuper Canon. Miſſæ. Lect.* 62. *Sot. de Iuſt. & Iur. lib.* 10. *q.* 5. *artic.* 5. *Nauar. de Orat. & Hor. Canon. cap.* 13. *& cap.* 23. *num.* 33. *cum ſequent.*

DEVOTIO Vltimo loco reſtat in diuinarū
precum recitatione; † quæ à S. Thoma definitur 98
2. 2. *quæſt.* 82. *art.* 1. *prompta, & parata voluntas, exequendi ea, quæ ad diuinum pertinent cultum.* Procedit autem deuotio ex duplici conſideratione, vt pluribus explicat idem *S. Thom. d. quæſt. art.* 3. *&* 4.

Neceſſaria eſt autem † deuotio in recitatione
Horarum Canonicarum *Innoc. Tertius in Concil.* 99
Generali. c. dolentes. de celebr. Miſſ. ibi, Diſtinctè, præcipientes in virtute obedientiæ, vt Diuinum Officium Diurnum, pariterq; Nocturnum, quantum eis dederit Deus, ſtudiosè celebrent, pariter & deuotè.

S. Benedict. in Regul. cap. 20. *Si cum hominibus petentibus volumus aliqua ſuggerere, non præſumimus niſi cum humilitate, & reuerentia, quanto magis Domino Deo vniuerſorum, cum omni humilitate, & puritatis deuotione ſupplicandum eſt?* Vbi *Turrecremata,* ait, deuotionem eſſe medullam holocauſtorum. *Pſalm.* 65. *Holocauſta medullata offeram tibi.* Inde ſine deuotione holocauſta eſſe arida.

Duplex autem eſt deuotio, † interior, & exte- 100
rior. Sicut, ex *Damaſceno lib.* 4. *de fid. orthod. c.* 13. ex duplici natura compoſiti ſumus, intellectuali, ſcilicet, & ſenſibili, ita & duplicem deuotionem Deo offerimus, videlicet, ſpiritualem, quæ conſiſtit in mente interiori, & corporalem, quæ verſatur in exteriori corporis humiliatione. Exterior verò deuotio fit propter interiorem, vt per ſigna humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitetur noſter affectus alacri animo, & ſine cunctatione exequi, quæ ad Dei cultum pertinent. Vnde proſternere ſe, & genua flectere, ad exteriorem deuotionem pertinent.

Vetuſtiſſimus vſus eſt † genua flectendi, cor- 101
pusq. inclinandi. Nam Chriſtum procidentem oraſſe legimus, *Luc.* 23, & *Matth.* 2. dicitur, *quod Magi procidentes adorauerunt Chriſtum infantem.* Et *Pſalm* 94. *Venite adoremus, & procidamus ante Deū. Iſai.* 45. *Quia mihi curuabitur omne genu. Ad Roman.* 14. *Quoniam mihi flectetur omne genu. Ad Philipp.* 2. *In Nomine IESV omne genu flectatur.* Sanctus Iacobus Minor cognomento iuſtus pro populo flexis genibus aſſiduè deprecabatur, nimirum, centies in die, & centies in nocte, ita vt in camelorum duritiem tranſijſſe eius genua, crederetur. Alia multa circa genuflexionem, eruditè cumulat *Durant. d. lib.* 3. *cap.* 24. *à nu.* 20. *vſquè ad finem.*

Theodoſius Imperator Senior cum Eugenio pugna-

Digitized by Google

102 pugnaturus, circumdat cum Sacerdotibus † omnium orationum loca; & ante Martyrum, & Apoſtolorum thecas iacebat cilicio proſtratus, & auxilia ſibi fida Sanctorum interceſſione, poſcebat *Ruffin lib. 2. cap. 33.*

Tres etiam deuotionis actus apparent in illo
103 † publicano, de quo *Luc* 18. quod à longè ſtabat, nolebat oculos ad cælum leuare, & percutiebat pectus ſuum.

Ad eamdem exteriorem deuotionem ſpectat
104 † orare brachijs expanſis, vt legitur *in 2. p. lib. 9. Vit. Patr.* de eo qui ſine interruptione orabat, & refert *Nauar. de Orat. & Hor. Canon. cap. 3. num. 3.* De Abbate Arſenio, quod Sabbathis orabat brachijs expanſis ab occaſu Solis vſquè ad manè Dominicum, quo Sol oriens ſuis radijs vultũ eius illuſtraret. ¶ Et de Abbate Biſario, quod ſexdecim dies orauit in ſuo cubiculo rectus, & brachijs extenſis.

De S Paulo primo Eremita legimus, quod S. Antonius veniens ad eius cellam, inuenit corpus eius e anime, genibus complicatis, erecta ceruice, expanſisq. in altum manibus, nimirum, quod orando obdormierat in Domino.

Et in Martyrologio Romano ſub die 21. Ianuarij, narratur, quod Tarraconæ in Hiſpania, Sancti Martyres Fructuoſus Epiſcopus, Augurius, & Eulogius Diaconi, primò in carcerem truſi, deinde flammis iniecti, exuſtis vinculis *manibus in modum Crucis expanſis*, orantes martyriũ impleuerunt, in quorum die natali S. Auguſtinus ſermonem ad populum habuit.

Et *S. Ambroſ. de Virginib. lib.* 1. de S. Agnete hæc habet Tunc B. Agnes *expandens manus ſuas* in medio ignis, his verbis effudit orationẽ ſuam ad Dominum, Omnipotens adorande, colende, tremende, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti benedico te, &c.

Nec prætereamus S. Martinum Epiſcopũ, qui ſupinus orando, cœlum potius quàm terram aſpicere volebat. De quo *Nauar. loc. cit.* refert, quod S. Martinus animum alijs negocijs grauatũ oratione ſic relaxabat, vt faber ferrarius vno mallei ictu incudem feriendo, ſeſe refocillat.

105 Et quod dictum eſt de oratione brachijs † expanſis, forte etiam dicere voluit *Apoſt.* 1. *ad Timoth. 2. Volo ergo viros orare in omni loco puras leuantes manus ſine ira, & diſceptatione.* Quæ exterior deuotio ſignificari videtur, quoties in ſacra Scriptura fit mẽtio leuationis manus ad Dominum, vel ad eius mandata. Vt de ea primò legitur *Geneſ. 14. cap. 22.* facta ab Abraham. *Leuo* (inquit Abraham) *manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorẽ cæli, & terræ.* Et *Exod. 17. cap. 11. Moyſes autem, & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cumquè leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael,* &c. Et quod ibi additur: *Quod Aaron, & Hur ſubſtentabant manus eius ex vtraquè parte. Et factum eſt, vt manus illius non laſſarentur vſquè ad occaſum Solis.* Et *Paralip. 2. cap. 6. b. 13.* de Salomone dicitur, quod *orauerit flexis genibus* contra vniuerſam multitudinem Iſra.l, *& palmis in cælum leuatis.* Et *Pſalm. 62. Sic benedicam te in vita mea, & in Nomine tuo leuabo manus meas.* Et *Pſalm. 87. Clamaui ad te Domine tota die, expandi ad te manus meas.* Et *Pſal. 118. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.* Et mulra poſſent alia cumulari, quæ breuitatis non obliti, quam in principio promiſſimus, conſultò omittimus.

Nec omittendum, quod qui plura deſiderat circa deuotionis materiam in recitatione Horarum Canonicarum, videre poterit *P. Oliuerium Bonartium Societatis Ieſu de Hor. Canonic. lib. 3. cap. 8.* Vbi ponit exempla quorumdam, qui inſigni religione, & reuerentia Diuinum Officium peregerunt. Et *Cap. 9.* Vbi mira quædam quæ circa precationes Canonicas aciderunt.

Pro ſigillo deuotionis, & præſentis Capitis,
† deuotionem doceamus ex *S. Hieron. in Epiſt. ad Euſtochium. Egredientes*, inquit, *hoſpitium armet oratio, regredientibus de platea, oratio occurrat antequàm ſeſſio, nec prius corpuſculum requieſcat, quàm anima verbo Dei paſcatur, ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat* † *Crucem.* &c. 106

Hoc Sancti Hieronymi magiſterio edocti Venerabiles Patres Barnabitæ in Eccleſia SS. Blaſij, & Caroli de Vrbe, in eorum quæ dicitur Portaria, ſiue Clauſtri ianua p opè Tabulam nominum Patrum, aliam habent Tabellam, in qua deſcripta eſt Oratio, quam quilibet redeundo ante quàm aliud quippiam faciat, flexis genibus in eodem loco recitare debet, prout ego multoties vidi à dictis verè Religioſis, & Patribus valdè exemplaribus obſeruari.

Qui teneantur Diuinum Officium recitare.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Diuini Officij antiquus vſus.*

2 *Diuinum Officium tenentur recitare Clerici, Beneficiati, & Monachi.*

3 *Diuinum Officium recitare tenentur Sacerdotes.*

4 *Peccata populi qualiter dicantur Sacerdotes manducare.*

5 *Diuinum Officium recitare tenentur Diaconi, & Subdiaconi.*

6 *Diui-*

6 *Diuinum Officium recitare tenentur ſacris initiati.*

7 *Diuinum Officium recitare tenentur Canonici.*

8 *ad Diuinum Officium qualiter Canonici conuenire debeant.*

9 *ad Diuinum Officium Clerici in minoribus ordinibus conſtituti non gaudentes beneficio Eccleſiaſtico, non tenentur.*

10 *ad Diuinum Officium licèt non teneantur Clerici in minoribus ordinibus cõſtituti, obligantur tamen ad plures preces quàm laici.*

11 *Diuinum Officium qui Monachi nondum ſacris ordinibus initiati, recitare teneantur.*

12 *Diuinum Officium qua Moniales teneantur recitare.*

13 *Diuinum Officium Moniales qua non tenentur recitare, tenentur tamen ad plures preces quàm laica fœmina.*

14 *Diuinum Officium recitare tenẽtur Beneficiati.*

15 *Conſtitutio Pij V. innouans, amplificans, & declarans Conſtitut. Leonis Decimi.*

16 *Diuinum Officium licet non teneatur recitare percipiens penſionem, fructus, vel alias res Eccleſiaſticas, tenetur tamen recitare Officium paruum B. Virginis ſub ijſdem pęnis, vt Clerici tenentur ad Diuinum Officium.*

17 *Beneficium datur propter Officium, & hoc qui non perſoluit eſt indignus beneficio.*

18 *Beneficium quod habeat relationem ad Officiũ probatur cum numeris ſequentibus.*

21 *ad Clericos admonitio.*

23 *Beneficiati obligantur ad Diuinum Officium, non ſolum precepto Eccleſiæ, ſed etiam naturali iuſtitia.*

24 *Diuinum Officium ſemel recitare tenetur, qui plura beneficia, vel præbendas poſſidet.*

25 *Diuinum Officium recitare tenetur, etiamſi eius beneficium perexiguum ſit, auctoritatibus, & Conſtitutione Pij V. probatur.*

27 *à Diuino Officio quando quis excuſaretur, qui nullos percipit fructus beneficij.*

28 *Diuinum Officium recitare tenetur Beneficiatus excommunicatus, cum non liberetur à debiti ſolutione, vt num. ſequenti 29.*

30 *Diuinum Officium beneficiatus excommunicatus priuatim qualiter debeat recitare.*

31 *Miſſam excommunicatus neque publicè, neque priuatè poteſt legere.*

32 *Diuinum Officium recitare tenetur beneficiatus degradatus, qui etiam tenetur ad debita, & ad colendum vitam iuxtà Eccleſiaſticam regulam.*

35 *ad Diuinum Officium non tenetur Pẽſionarius, tenetur tamen recitare Officiũ paruum B. V.*

FABIANVS Papa Primus antiquiſſimus Pręſul *in Epiſt 1. ad omnes Epiſcopos.* cuius verba refert *Creſpet. in ſua Summ. in verb. Officiũ diuinum qualiter, & quàm deuotè,* &c Vbi dicit Fabianus † ex Patrum traditione de ſeptem Dia- 1
conibus in Vrbe Roma per ſeptem regiones Ciuitatis, qui parati erant per ſingulas hebdomadas, & Dominicos dies, atque feſtiuitatum ſolemnia, cum Diaconibus; & Accolitis, & alijs miniſtris ad obſeruandum ſibi iniuncta miniſteria, & parati omni hora ad Diuinum Officium; Vbi ſtatuit idem faciendum per ſingulas Ciuitates, vt Diuinum Officium abſquè vlla mora, & negligentia ſtudioſè, & ſolemniter ageretur. Alia de Diaconibus, & Diaconijs habentur *apud Baronium in Notis ad Martyrologium ad diem 8. Auguſti in litera b. in verb. Diaconia.*

Et ex Concilio Tarraconenſi Primo *cap.* 17. Idem fuit impoſitũ Presbyteris, & Diaconibus, cuius verba refert idem *Creſpet.* Qui etiam ſubdit ex Concil. Turonico Secundo. *Can.* 19. Vbi de Diuino Officio ab Angelo reuelato, apud quem videri poterit. Et idem etiã dicit de S. Martino, cui Angelus reuelauit geſta à Patribus in Concilio Nemanſenſi, cui non potuit intereſſe, quæ ipſe ſcire deſiderabat.

Tria ſunt hominum genera, † quæ tenentur ad
Diuini Officij recitationem ex *Durant. d. lib* 3. 2
cap. 22. Clerici, Beneficiati, & Monachi. Et Clerici dummodo ſint ſacris initiati.

PRESBYTERI Primò tenentur, † vt eſt 3
expreſſum *in can. presbyter. diſt.* 91. *cap.* 1. *cap. dolentes. de celebr. Miſ.* Apoſtoli, qui & Sacerdotes erant *Act.* 6. profitentur ſe orationi, & verbo Dei inſtantes futuros. Et *Iacob. in ſua Canonica c* 5. *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ſuper eo, & orent.* Quaſi presbyterorum proprium munus ſit orare pro alio. Inde eſt, quod *Oſe.* 4. dicitur, *Quod Sacerdotes comedunt peccata populi!*
† Quod intelligitur, quia Sacerdotes veſcuntur 4
ijs, quæ offeruntur pro peccatis à populo, & pro eis preces non diligenter Deo offerentes pęnas dabũt. ita *Anaſtaſius Epiſcopus Nicenus lib. quæſt. in Scripturam ex Theodoreto de dubijs Scripturæ.*

DIACONI, & SVBDIACONI † tenen- 5
tur ad Diuini Officij recitationem. In quo conueniunt Theologi, & Canoniſtæ, argum. *c. Eleutherius. can. clericus. diſt.* 91. *Gloſ. Innoc. Panorm. & cæteri in cap.* 1. *de celebr. Miſſ. Gloſ. & Doct. in Clem.* 1. *eod. tit. S. Thom. Palud. & Gabr. Biel. ad 4. ſent. diſtinct.* 15. quos cum alijs refert ſequendo
Durant. d. cap. 22. *nu.* 3. Et addit, † quod ex ſen- 6
tentia *S. Thom. in quodlib.* 6. *art.* 8. Sacris initiati Diuino cultui mancipati ſunt, adeò vt reſilire nequeant, Eccleſia verò recitationem Canoni-

carum precum ad Diuinum cultum pertinere
edixit.

CANONICI etiam, tamquàm proprium
7 munus, ad Horas † Canonicas tenētur, quorum
vita, officium, & conuerſatio colligitur ex Con-
cilio Aquiſgranenſi Primo *cap.* 114. Vbi inter
alia ita dicitur. *Vt Horis Canonicis Diuinum Offi-
cium deuotiſſimè expleant.* Et *cap.* 124. eis iniun-
8 gitur. † *Vt Horas Canonicas religioſè obſeruent, &
mox vt datum fuerit ſignum, feſtinato omnes ad Ec-
cleſiam conueniant, quam non pompaticè, vel inho-
neſtè, vel incompoſitè, ſed cum reuerentia, & Dei
timore ingrediantur.*

Quæ omnia renouat, & confirmat Concil.
Aquiſgranenſ. Secundum *c.* 25. *de ord. Rectorum.*
Et in Concil. Lateranen. ſub Innocent. Tertio
cap. 7. dicitur, *Si Canonici remnerint, vel in con-
temptum Epiſcopi ceſſauerint à diuinis, Epiſcopus
Metropolitano deferat,* &c. Idem dicitur in Con-
cilio Senonenſi *cap.* 4. *par.* 3. Et in Concilio Au-
guſten. ſub Othone Cardinali *cap.* 9.

Quæ omnia collecta habentur à *Creſpet. in d.
ſua Summa in verb. Canonicus. fol. mihi* 91. & 92.
Et aliqua etiam notauit *Ant. Auguſt. in Epit. Iur.
Pontificij Veter. lib.* 9. *tit.* 50. *De vita, & honeſtate
Canonicorum, cap.* 5. & 6. Idem dicit *Marſil. Co-
lumna de Eccleſiaſtic. redditib. cap.* 7. *nu.* 21. & 22.
cum ſequent. Molan. de Canonic. lib. 1. *cap.* 19.

Quæ etiam notauimus in quodam noſtro Re-
ſponſo de præcedentia Parrochorum in funera-
libus reddito, quod habetur apud *Steph Gratian.
Diſcept. Forenſ. Iudic Tom.* 2. *c.* 298. *à n.* 18. *& ſeq.*
Vbi etiam ſubiunximus, quod eadem circa reci-
tationem Horarum Canonicarum, & aſſiſtētiam
in diuinis propter cultum diuinum, confirmātur
à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reform.*
Et quod Canonici diuinis ſunt mancipati Offi-
cijs, tàm in Eccleſijs Cathedralibus, quàm Col-
legiatis Secularibus, vel Regularibus, dicitur in
eodem Concilio Tridentino *ſeſſ.* 22. *c.* 4. *de refor.*

Et in dicto noſtro Reſponſo aliquas adduxi-
mus Declarationes Congregationis Sacri Con-
cilij, de quibus ſuprà *Cap.* 2. *num* 30. 31. & 32.

CLERICI in minoribus ordinibus conſtitu-
9 ti, † qui nullo gaudent beneficio Eccleſiaſtico,
ex communi Doct. opinione, & generali Eccle-
ſiæ conſuetudine non tenentur ad preces Cano-
nicas. *Nauar. de Orat. & Hor. Canon. cap.* 7. *nu.* 12.
Et quia nulla extat Conſtitutio, quæ eos ad hoc
obliget, & etiam, quia nō ſunt plenè Diuino cul-
tui dicati, & in ſortem Domini electi, cum poſ-
ſint matrimonio iungi, cæteraquè implere laico-
rum munia, & exequi. Vnde *Conc. Trid. ſeſſ.* 23.
cap. 6. *de reform. Clerici,* inquit, *in minoribus con-
ſtituti, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, non
fruuntur immunitate in criminalibus, nec eis ius
Sancti verticis vſurpare licet.* Et ſic corruit ſen-
tentia *Panormit in cap.* 1. *de celebr. Miſſ.*

Iſti tamen † Clerici in minoribus ordinibus 10
conſtituti, etſi ad preces Canonicas nō tenean-
tur, nihilominus in honorem Ordinum, quibus
ſunt inſigniti, ad plures preces, quàm laici obli-
gantur *Sylueſt. in Sum. verb. Hora Canonica. Na-
uar. in Manual. Confeſſ cap.* 25. *n.* 108. *& de Orat.
& Hor. Canon. cap.* 21. *nu.* 8. Quorum opinio, vt
dicit *Durant. d. lib.* 3. *cap.* 22. *nu.* 4. *in fin.* etſi nullo
iure nitatur, pia tamen, & probabilis eſt, vbi præ-
ſertim cōſtitutione Epiſcopi id ſancitum eſt, vel
conſuetudine receptum.

MONACHI, qui nondum ſunt ſacris Or-
dinibus initiati, aut ſunt profeſſi, aut non ſunt
profeſſi. † Monachi clerici profeſſi ad deſeruien- 11
dum in Choro deputati, ſine dubio tenentur ad
Horas Canonicas, ex communi Theologorum,
& Canoniſtarum ſententia *Palud. ad* 4. *ſentent.
diſt.* 15. *q.* 5. *Antonin.* 3. *part. tit.* 14. *cap.* 5. A qui-
bus diſſentit *Caiet in verb. Hora,* vt etiam notat
Durant. vbi ſuprà n 5. Monachi laici non tenen-
tur, quemadmodum nequè Monachi clerici non
profeſſi, reiecta *Palud.* ſententia. Et hæc pluribus
probant *Sylueſt in Summa in verb. Hora. Antonin.
d.* 3. *part. tit.* 13. *cap.* 4. *Sot. de Iuſt. & Iur. lib.* 10.
quæſt. 5. *art.* 3. *Nauar. de Orat. & Hor. Canon. c.* 7.

MONIALES verò *ex Innoc. in cap.* 1. *de
celebr. Miſſ. & Archidiac. can. fin. diſtin.* 92. † Si li- 12
teratæ ſunt, & profeſſionem emiſerunt, obligan-
tur ad preces Canonicas. Nouitiæ verò, & con-
uerſę nō tenentur, ſequitur *Nauar. vbi ſup. n.* 21.
Vbi hanc determinationem ſpecialiter tribuit
Card. Turrecrem. in cap. 1. *de celebr. Miſſ.* quem
ibi *Hoſt* & *Io. Andr.* ad verbum ſequuntur.

Crederem tamen, ſicut diximus ſuprà *nu.* 10.
† quod etiā Moniales illiteratæ, & non profeſſæ, 13
Item Nouitiæ, & Conuerſæ licet ad Horas Ca-
nonicas non teneātur, nihilominus cum ſint Re-
ligioni aſcriptæ ad plures preces, quàm laicæ fę-
minæ tenentur, præſertim ſi accedat Superio-
rū, vel religionis conſtitutio, vel cōſuetudo loci.

BENEFICIATI, deniquè, vel vt ab alijs
vocantur Beneficiarij, † obligantur ad recita- 14
tionem Horarum Canonicarum *can. fin. diſt.* 92.
ibi, *Eccleſiæ deputati. cap. quod à te. c. diuerſis fal-
lacijs. de Cleric. coniug.* & Concil. *Lateranen. ſub
Leone Decimo ſeſſ.* 9. *cap.* 9. *Statuimus,* inquit, *Syno-
dus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel
ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio of-
ficium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante,
beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat.*

Quam Conſtit. Pius V. † innouauit, amplia- 15
uit, & declarauit Conſtit. 135. in Bullario, incip.

Ex

Ex proximo. ſub Datum 12. *Kalend. Octobr.* 1571.
Declarauit Conſtitutionẽ Pius V. quod Præ-
ſtimonia, Præſtimoniales, Portiones, & quæcũ-
que alia Beneficia, etiam nullum omninò ſerui-
tium habentia, obtinentes, cum prædictis pari-
ter conueniri.
16 Addidit etiam, quod eodem modo, † quicũ-
que penſionem, fructus, aut alias res Eccleſia-
ſticas, vt Clericus percipit, eſſe obligatum ad
dicendum Officium paruum B. Mariæ Virginis,
& eſſe penſionum, fructuum, rerumquè ipſarum
amiſſioni obnoxium.
Quibus accedit, (*ex Durant. vbi ſuprà num.* 8.
valde ſingulariter, & vtilirer, ſi hæc diligenter
obſeruentur à Beneficiarijs, prout obſeruare te-
17 nentur) † quod beneficium datur propter offi-
cium, quare qui non perſoluit officium, indignus
eſt beneficio. *can. ſi quis Sacerdotum. can. eos qui.
diſt* 81. *cap. fin. de reſcript.*
Magna ſiquidem eſt relatio Officij cum bene-
18 ficio Eccleſiaſtico, & beneficij cum officio. † Le-
gimus 2. *Paralip. cap.* 31. Ezechiam conſtituiſſe
turmas Sacerdotales, & Leuiticas, per diuiſio-
nes ſnas, & vnumquemquè in Officio proprio,
tàm Sacerdotum, quàm Leuirarum, vt miniſtra-
rent, & confiterentur, canerentq. in portis Ca-
ſtrorum Domini, præcepiſſe item populo, dare
Sacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare verbo
Domini. Ecce beneficium propter officium.
19 Rurſus *Pſal.* 104. † *Dedit eis regiones Gentium,
& labores populorum poſſederunt, vt cuſtodiant iu-
ſtificationes eius, & legem eius requirant.* Ecce
beneficium, Regiones gentium, & labores po-
pulorum, vt cuſtodiant iuſtificationes, & legem
eius requirant, & propter hoc datur beneficium.
20 Amplius, † qui non ſeruit non debet frui ſti-
pendio, & mercenarius, qui non operatus fuerit,
repetetur ab eo merces, *cap. cum ſecundum. de
præbend.*
21 Benè *S. Bernardus Epiſt.* 2. *ad Fulconem.* † *Ve-
rumtamen, quæ ſunt illa tua beneficia Eccleſiæ?
Rectè, quia ſurgis ad vigilias, vadis ad Miſſas, ho-
ris Chorum nocturnis, Diurnisq́. frequentas? benè
facis. Sic Eccleſiæ præbendam non gratis accipis,
Dignũ eſt, vt qui Altari deſeruit, de Altario viuat.*
22 Idem Bernardus de Verbis Euangelij, † Vè
tibi Clerice, Mors in olla, quia populi conſtat
eſſe peccata, quę comedis, ſumptus Eccleſiaſti-
cos gratis habere reputas? &c. Ex quibus *Du-
rant. vbi ſuprà num.* 8. *in fin.* dicit ipſum probare
opinionem Vlrici, Turrecr. Antonini, & Caieta-
23 ni. † Beneficiarios ad preces Canonicas obliga-
ri, nedum præcepto Eccleſiæ, ſed etiam naturali
iuſtitiæ.
Beneficiatus, qui duo, vel plura beneficia, vel
plures præbendas poſſidet, † ſufficit quod non 24
bis, & iterum, ſed ſemel tantum in die Horas Ca-
nonicas recitet, quod generali conſuetudine re-
ceptum eſt. Quæ tamen conſuetudo, an Deo
grata ſit, dubitat *Albertus de Ferrarijs in tractat.
de Hor. Canon.* Quam tamẽ probat *S. Thom. quod.
lib.* 1. *Palud. ad* 4. *ſentent. diſt.* 15. *Henric. in c. per-
nicioſus. de celebr. Miſſ. Io. de Lignan. de Hor. Canon.
q.* 9. *Turrecrem. can.* 1. *diſt.* 91. vbi refellit contra-
ria, quæ ponit *Durant. vbi ſuprà num.* 9.
Beneficiatus tenetur recitare † Horas Cano- 25
nicas etiamſi eius beneficium perexiguum ſit.
Gloſ. ſingularis. in c. clericus victũ. diſt. 91. *Albert.
de Ferrar. Hoſt. & cæteri. in cap.* 1. *de celebr. Miſſ.
Antonin.* 3. *par tit.* 13. *cap.* 4. §. 1. Quia beneficia-
tus non ea ſolum ratione tenetur ad Horas Ca-
nonicas, vt ſe ipſum ſubſtentet opibus, & ex red-
ditibus Eccleſiæ, quod etiam alij mercenarij fa-
ciunt, vt ludimagiſtri, & complures Eccleſiæ mi-
niſtri, etſi ex redditibus Eccleſiæ aliquid perci-
piant, non tamen obligantur ad preces Canoni-
cas. Sed & præcipuè beneficiati obligantur ad
Horas Canonicas, quia ab beneficium etſi exi-
guum, & tenue, ordinantur ad laudandum, & ro-
gandum Deum, eiquè inſeruiendum pro populo,
à quo recipiunt fructus, etſi ad ſubſtentandum
impares. Qua ratione hanc ſententiam probat
Nauar. de Orat. & Hor. Canon. c. 7. *nu.* 27. *& c.* 21.
n. 11. Et hãc ſententiã confirmat Pius V. in dicta 26
Conſtitut. 135. (de qua paulò ſuprà) *in* §. *decla-
rantes præſtimonia*, &c.
Excuſaretur tamen Beneficiatus à recitatione
† Horarum Canonicarum, ſi nullos fructus per 27
ſe, vel per alium ex beneficio percipit, nequè per
eum ſtat quò minus percipiat, *Palud. ad* 4. *ſent.
diſt.* 15. *quæſt.* 5. *Turrecrem. in cap.* 1. *diſt.* 91. *&
Nauar. vbi ſuprà cap.* 7. *num.* 21.
EXCOMMVNICATVS Beneficiarius
tenetur etiam ad † Horas Canonicas *Gloſ. & Ar-* 28
chid. in cap. presbyterum. diſt. 28. ne delinquentis
melior ſit conditio, & ne delinquens ex fraude,
& malitia commodum conſequatur *c. ſedes Apo-
ſtolica. de reſcript.* Accedit *ex Durant. vbi ſuprà
num.* 11. quod excommunicatus non liberatur à
† debiti ſolutione *cap. ſi verò. de ſentent. excom.* 29
*cap. excommunicamus. de hæretic. c. intelleximus.
de iudic.* Clerici verò ratione ordinis, & benefi-
cij debitores Deo dicuntur, quoad Diuinum
Officium *cap.* 1 *de celebr. Miſſ.* ibi, *Penſum ſerui-
tutis ſuæ.*
Priuatim tamen preces † recitare debet, & in 30
modum priuati ſuffragij, non in Eccleſia. *Gloſ. in
cap.* 2. *de cleric. excom. miniſtr. c. ſi quis Epiſcopus.*
11. *quæſt.* 3. *Doct. in Clement. graui. de celebr. Miſſ.*
Eaſquè recitando non debet dicere, *Dominus vo-*

biſcum. Sed quemadmodum laici, *Domine exaudi orationem meam*. Tum quod eas cum alio recitare non valeat. *c. cum excommunicato. 11. quæſt. 3.* Tum etiam quod hoc pertineat ad dignitatem Ordinis, qua, excommunicatione, vel ſuſpenſione, indignus efficitur. *Hoſt. in cap. illud. de cleric. excommun. miniſtr. Henr. in c. 2. eod. tit. Turrecrem. in d. can. 1. diſt. 91.*

Miſſam autem beneficiatus † excommunica-
31 tus nequè publicè, nequè priuatim legere poteſt
cap. 2. illud. eod. de cleric. excommun. miniſtr.

DEGRADATVS obligatur † ad preces
32 Canonicas *Archid. Cardin. Alexand. & alij in cap. presbyterum. diſt. 28.* Quia in degradato manet character. *Gloſ. in cap. licitè. 32 quæſt. 7.* Character enim deleri non poteſt. fusè *S. Thom. 3. p. quæſt. 65. art. 5 & ad 4. ſent. diſt. 4. quaſt. 1. & ad Roman. 7. Magiſt. ſentent. & Bonauent. in 4. ſentent.*
diſt. 25. † Adeò vt degradatus Sacramentum
33 conficere poſſit, cum per degradationem characterem non amiſerit, etſi grauiter conficiendo peccet. Quia degradatis aufertur executio *S. Thom. 3. p. quæſt. 83. art. 8. & ad 4. ſent. diſt. 19.*
art. 1. quæſt. 4. † Accedit quod clericus degrada-
34 tus tenetur colere vitam ſecundum eccleſiaſticas regulas *text. notabilis in c. dilectum. diſtin. 81. Specul. in tit. de compet. iud. adit. §. 1. verſ. 2.*

PENSIONARIVS non tenetur † ad Di-
35 uinum Officium, vt ex Pij V. dicta Conſtit. 135. diximus ſuprà *num. 16.* ſed tenetur ad Officium paruum B. Virginis, & notat *Durant. vbi ſup. n. 13. ante fin.*

Qui excuſentur à Diuini Officij recitatione.

CAP. IV.

SVMMARIVM.

1 *à Diuini Officij recitatione excuſat ægritudo grauis, non autem leuis. Et quando infirmitas non impediret auditionem, tenetur legentem audire.*

2 *à Diuini Officij recitatione ob infirmitatem excuſari volens conſulendi ſunt medici ſpirituales, & corporales.*

3 *Diuinum Officium quod clericus non potuit recitare ob infirmitatem, ad illud non tenetur ſanus factus; quod comprobatur exemplis ieiunij, operarum, & vſusfructus.*

7 *ad Diuinum Officium non tenetur ex impedimento naturali, vel ex accidenti; quod impediat recitationem, vel lectionem precum.*

8 *à Diuino Officio excuſat diſpenſatio Papæ.*

9 *Papa quomodo poſſit diſpenſare ſuper recitatione Officij Diuini.*

10 *à Diuino Officio nemo niſi Papa poteſt diſpenſare.*

11 *Breuiarij forma, non poteſt immutari nec ab aliquo deſuper diſpenſari.*

12 *à Diuino Officio excuſat deficientia Breuiarij.*

13 *à Diuino Officio non excuſantur clerici ſcholares etiam conſtitutis Vicarijs, qui beneficijs deſeruiant.*

14 *Declaratur text. in cap. 1. de celebr. Miſſ.*

15 *Scholares qui dicantur.*

ÆGRITVDO Grauis † excuſat à Di- 1
uini Officij recitatione *c. ad audientiam. de cleric. non reſid. 9. diſt. in princ. & c. clericus victum. ead. diſt.* Leuis enim non excuſat argum. *l. quæſitum. de re iudic. Innoc. & Panorm. in cap. 1. de celebr. Miſſ.* Et quando infirmitas impediret recitationem, non autem auditionem, tunc preces Canonicas legentem tenetur audire. *Hoſt. in d. c. 1. Nauar. de Orat. & Hor. Canon. c. 11.* Vbi fusè examinat cauſas excuſationis à diuinis per duas, & quadraginta concluſiones.

Morbus an grauis, vel leuis ſit, † & an recita- 2
tio, vel auditio infirmo noceat, conſulendi ſunt medici non ſolum corporales, ſed etiam ſpirituales, quibus in hoc ſtandum eſt. *Syluest. in verb. Hora. Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 10. q. 5. art. 3. S. Thom. 2. 2. quæſt. 147. art. 4. vt not. Durant. lib. 3. cap. 23.*
num. 1. vbi num. 2. ſubiungit. † Talem clericum 3
ægrotum ſanum factum non teneri recitare preces, quas non potuit recitare. *Innoc. in d. c. 1.*
& Abb. in cap. ex parte. de obſeruat. ieiun. † Sicut, 4
qui non poteſt ieiunare in Quadrageſima, non tenetur ieiunare alio tempore. *cap. 2. de obſeruat.*
ieiun. Syluest. in Sum. in verb. Ieiunium. §. 8. † Et 5
qui tenetur præſtare operas certo tempore, ſi iuſto impedimẽto impediatur, non tenetur eas poſtea præſtare. *l. ſi non ſortem. §. libertis. ff. de con-*
dict. indeb. † Et etiam cui vſusfructus biennij re- 6
lictus, ſi præpeditus fuit eo biennio vti frui, non poterit alio biennio vti frui legato. *l. ſi vſusfructus. ff. de vſufr. legat.*

IMPEDIMENTVM naturale, aut ſi quid
repentè, & ſubitò accidat, † quod lectionem, 7
ſeu recitationem precum impediat, nec illud prætermitti poſſit ſine peccato, vel ſcandalo, eſt legitima cauſa excuſandi à Diuini Officij recitatione. *Henric. de Gandauo quodlib. 15. quæſt 10. Syluest. in Summ. in verb. Hora. quæſt. fin.* Huius cauſæ varia afferunt exempla *Syluest. Henric. & Nauar. de Orat. & Hor. Canon. c. 1. & notat Steph. Durant. d. lib. 3. cap. 23. num. 3.*

DISPENSATIO Summi Pontificis eſt ter-
tia cauſa excuſationis à recitatione † Horarum 8
Canonicarum; Nam, vt dicit *Durant. lib. 3. c. 23. num. 3.*

Digitized by Google

nu. 3. Licet Papa non poſſit diſpenſare à debito
dicendi Diuinum Officium, ad perſoluendum
æquiualens (vt Doct. loquuntur) quatenus de-
9 bitum illius pendet ex naturali iuſtitia; † poteſt
tamen ex cauſa diſpenſare circa modum, & for-
mam perſoluendi Officium diuinum: cum talis
forma pendeat à iure poſitiuo. *Abb. in d. c.* 1. *de
celeb. Miſſ. Turrecrem. in cap. Eleutherius. diſt.* 91.
Syluest. in d. verb. Hora quæſt. 8.

10 Diſpenſare verò non poſſunt † Epiſcopi, Ab-
bates, nec alij Prælati. *Archid. & Turrecrem. in
d. cap. Eleutherius.*

Hodie etiam ex Conſtitut. Pij V. quæ legitur
11 in principio Breuiarij, † non licet Epiſcopis for-
mulam ibidem expreſſam immutare, prout olim
poterant diſpenſare quoad vſum, & formam re-
citandi preces Canonicas *ad Gloſ. in c.* 1. *diſt.* 91.
Cui poſtea Conſtitutio alia Clementis Octaui
acceſſit in eiuſdem Breuiarij recognitione, & no-
uiſſimè S. D. N. VRBANI VIII. in Breuiario poſt
Pij V. & Clem. VIII. Conſtitutionem impreſſæ.

BREVIARII deficientia eſt alia cauſa ex-
12 cuſationis à Diuini Officij † recitatione ex ſen-
tent a Paludani, ſi nec preces Canonicas memo-
ria retineat, cũ nemo obligetur ad impoſſibilia.
A *Palud.* diſſentit *Sot. de Iuſtit. & Iur. lib.* 10. *q.* 3.
art. 3. *Palud.* ſequitur *Nauar. in d. cap.* 11. *& c.* 21.
num. 13. Quod ſi Breuiarium habere negligat,
etſi à precum recitatione poſtea excuſari poſſit
ob impotentiam, grauiter tamen in eo negligẽdo
peccatum eſt. *Durant. lib.* 3 *cap.* 24. *num* 6.

SCHOLARES autem, qui diſciplinis dant
operam, conſtitutis Vicarijs, qui beneficijs in-
13 ſeruiant, † non excuſantur à Diuini Officij reci-
tatione, communi Doct. calculo. Quia melius
eſt ex ſe orare, quàm ſtudere, & legere. *Gloſ. in
cap. licet.* 8 *quæſt.* 1. *& Gloſ. Pragmat. in cap. quali-
ter horæ ſint dicendæ*, dicit, *Maledictum ſtudium
propter quod prætermittitur Diuinum Officium.*
Vnde diuini, & humani iuris ſtudioſi etſi Vica-
rium habeant in Eccleſia ſua, ad preces Cano-
nicas obligantur. *Imol. in Clement.* 1. *de Magiſt.
Archid. in d. cap. Eleutherius. Raymund. in Summ.
14 tit. de offic. cleric. Durant. vbi ſup. nu.* 6. † Vbi de-
clarat *text. in cap.* 5. *de celebr. Miſſ.* quod videtur
pugnare cum prædicta concluſione, ibi, *A ſe, vel
à Scholaribus officium compleatur.* Quod omiſſa
ſolutione gloſæ, Concilij mens fuit, vt à Presby-
tero, vel à Scholaribus Officium compleatur iuxtà
poſſibilitatem, hoc eſt, vt dicit Durantes, vt &
Presbyter, & Scholares Officium perſoluant, ſi
poſſint: Scholares autem eo loco ipſe interpre-
tatur clericos eiuſdem Eccleſiæ. Quia Presby-
ter ex Concilio Nannetenſi *cap. vt quiſque. de
vit. & honeſt. cleric.* qui plebem regit, clericum
habere iubetur, qui ſecum cantet, & Epiſtolam,
& Lectionẽ legat, & qui poſſit tenere Scholas.
Et quod ad illos clericos referri credat *d. cap.* 1.
de celebr. Miſſ. cum Presbyterum, & Scholares
illos clericos ad recitationem precum Canoni-
carum obſtringi ſi poſſint. Et quod text. dicit,
iuxtà poſſibilitatem, ſi enim fuerit Presbytero,
vel Scholaribus impoſſibile, ab alterutro Offi-
cium compleatur, vel perſoluatur etiamſi cœ-
ptum non fuerit.

Addit Durant. vltimo loco, † quod ſicut Scho- 15
lares dicuntur in Scholis, & Sacro Palatio mili-
tantes, *l. vnic.* quia præbit. *Tyron. Cod. Theod. l.* 3.
de offic. Magiſtr. offic. l. vlt. de Decan. C lib. 12. Ita
& clerici, qui in Eccleſia militant, & deſeruiunt
non impropriè Scholares appellari.

Qui Diuinum Officium non recitant quas pœnas incurrant.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Diuini Officij recitationem omittentes quando peccant mortaliter, & quando venialiter.*
2 *Diuino Officio non integrè intereſſentes amittunt diſtributiones quotidianas.*
3 *Diſtributiones quotidianæ fuerunt inſtitutæ pro augmento diuini cultus.*
4 *Diſtributionibus in tantum priuantur abſentes, vt illi, quibus accreſcunt non poſſint eas illis remittere.*
5 *Gloſa in cap.* 1. *de cleric. non reſid. reprobatur.*
6 *Diſtributiones aliarum Horarum, quod lucrentur, qui adſunt certis Horis Statuta hoc decernentia ſunt iniuſta, & abuſiua.*
7 *Diuinum Officium non recitans arcetur à diſtributionibus quotidianis, & tenetur reſtituere fructus perceptos.*
8 *Diuinum Officium non recitans fructus tenetur reſtituere, & an etiam intra ſex menſes ab obtento beneficio non conueniunt Doct.*
9 *Soti opinio.*
10 *Nauarri opinio.*
11 *Durantis opinio.*
12 *Auctoris opinio.*
13 *Diuinum Officium non recitans ex indulgentia, vel diſpenſatione Papæ non tenetur ad fructuum reſtitutionem.*
14 *Toleti opinio.*
15 *Garſiæ opinio quæ cum Toleto, & Auctore contra Durantem concordat.*
16 *Diuinum Officium non recitans Beneficiatus intra ſex menſes ab obtento beneficio computandos licet mortaliter peccet, non tamen ad fructuum reſtitutionem tenetur.*

17 *Horas Canonicas in totum, vel in parte omittentes, vt non intereſſentes, quæ fructuum rata amittitur.*

CVM ad extremas partes domorum, nauium, aliorumquè locorum ſublimium videlicet, cloacas, ſentinas, & lacunas, putrida omnia excurrant, vt quæ eorum pondere, & grauitate in alto conſiſtere nequeant; Eadem ratione ad hunc vltimum locum circa precum Canonicarum recitationem abyſſantur in voce cataratarum pænæ dictas preces non recitantes. Quæ tamen negligentia, quia poteſt contingere in publica, & priuata recitatione, ideò de ambabus erit hoc loco dicendum.

1 PRIMO ergo, omnes, & ſoli † peccant mortaliter, qui omittendo recitare, canere, vel audire Horas Canonicas, vel partem earum, qui id agunt per cõtemptum, vel cum notabili ſcandalo, aut omittunt partem notabilem per negligentiam, abſquè propoſito ſupplendi, vt debẽt: quod ſi ignorantia, vel obliuione prætermittatur, peccatum veniale interdum admittitur. *Antonin. 3. p. tit. 18. cap. 4. §. 5. Sylueſt. in verb. Hora. Nauar. de Orat. & Hor. Canon. cap. 11. num. 43.*

2 SECVNDO qui non † interſunt Horis Canonicis, amittunt diſtributiones quotidianas, cum hæ illis ſint ſolum pręſtandæ, qui diuinis Officijs vſquè ad finem aſſidui ſunt, *cap. vt hi qui. de ætat. & qualit. cap. cum nonnullæ. de præbend. in Extrauag. commun.* Vbi quæ ſint propriè diſtributiones quotidianæ diſcutitur, & explicatur.

Vnde *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* decernit, quod qui ſacris horis interfuerint, diſtributiones recipiant, reliqui quauis colluſione, vel remiſſione excluſi his careant. Quod tum ex nomine, tum ex cauſa inſtitutionis diſtributionũ confirmat *Durant. lib. 3. de ritib. Eccleſ. cap. 25.*
3 *nu. 3 & ſeq.* vbi *nu. 4.* † explicat inſtitutionem diſtributionum quotidianarum fuiſſe factam in gratiã, & augmẽtum diuini cultus, & ad alliciendum miniſtros Eccleſiæ ad Diuini Officij recitationem, argum. *Clement. vnic. de reliq. & venerat. Sanct.* cui coniungẽda sũt (inquit) verba *S. Thom. Opuſc. 57.* Qui agens de eodem feſto Sanctiſsimi Corporis Chriſti, de quo *in d. Clem.* ait. *Vt autem huius ſalutaris inſtitutionis ſolẽnitas celebrior haberetur, loco diſtributionum materialium, quæ in Eccleſijs Cathedralibus largiuntur Canonicis exiſtentibus horis nocturnis, pariterq́; diurnis, ſtipendia ſpiritualia præfatus Pontifex (qui erat Vrbanus Quartus) Apoſtolica largitate conceſſit.*

In tantum autem diſtributionibus quotidianis
4 abſentes priuantur, † vt etiam hi, quibus accreſcunt, nequeant eas illis remittere, Nam cum diſtributionum priuatio ſancita fuerit ob bonum publicum, & cultum diuinum, ideò conſenſus eorum, quorum priuatim intereſt, iuri publico officere non poteſt. Idquè videri expreſſum in *Concil. Trid. d. c. 12.* ibi. *Reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſi:* Penſanda enim ſunt dicit *Durant. vbi ſuprà nu. 5.* illa verba, *quauis remiſſione.* quæ remiſsionem eorũ quibus accreſcunt, manifeſtè comprehendunt. † Vt propterea di- 5
catur, delendam eſſe *Gloſ. in cap. 1. de cleric. non reſident. in verb. ſuus.* quę aſſerit Canonicum non teneri ad reſtitutionem, modò illi quorum lucro credunt diſtributiones, conſentiant. quam ibi reprobat *Archidiac.* & plenè *Nauar. de Orat. & Hor. Canon. cap. 22. Miſcell. 14.*

Ex quibus apparet Statuta † quarumdam Ec- 6
cleſiarum, quibus qui adſunt certis horis, aliarũ Horarum diſtributiones lucrantur, perniciosa, & iniuſta eſſe, eaquè abuſiuæ declarat Concil. Baſilienſ. tit. Quo tempore quiſquè eſſe debeat in Choro. Tollens prorſus abuſum illum, quo in vna dumtaxat hora præſens totius diei diſtributiones vſurpat. Cum talia Statuta ſpectent ad diuini cultus diminutionem, argum. *cap. ex parte. de conſtit. cap. 1. de conſuetud.* quod latè ibi comprobat *Durant. num. 6.*

TERTIO, Beneficiatus cum cura, vel ſine cura, qui non recitat † Horas Canonicas, non 7
ſolum arcetur à diſtributionibus quotidianis, ſed & omnes alios fructus, quos percepit, reſtituere tenetur, pro rata, nimirum omiſsionis recitationis Officij, & temporis. Quod latè ibi examinat *Durant. a nu. 7. vſque ad fin. ex Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. 9. §. ſtatuimus.* cuius verba etiam retulimus ſuprà *Cap. 3. nu. 14. Statuimus,* inquit, *Synodus vt quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio Officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat, &c.*

Super cuius §. interpretatione diſſentiũt † *Sot.* 8
de Iuſt. & Iur. lib. 10. quæſt. 5. art. 6. in quarta concluſ. §. At verò dubium. & *Nauar. de Hor. Canon. cap. 21. num. 58.*

Sotus enim † abſurdum exiſtimat vſque ad ſex 9
menſes ab obtẽto beneficio, Beneficiarium, qui Diuinum Officiũ non dixerat, nulla pæna affici, & ſequentia verba non cohærere his, quæ antecedunt, & obijciebat legendum, non eſſe, *poſt ſex menſes,* ſed, *per ſex menſes.* Vt mens Concilij fuerit. Quod qui per ſex menſes, vel quãlibet eorum partem, Officium non dixerit, ſolum teneatur ad reſtitutionem pro rata. Ex Ipſis verò ſex menſibus, ſi poſt admonitionem quindecim diebus non bis orauerit, beneficio priuetur. Itaquè dicit Soto, primum ſemeſtre nõ datur tamquàm induciæ, vt clericus non orans nulli pænæ obno-

xius

xius ſit, eſſet enim extrà modum abſonum, & abſurdum.

10 Nauarr. verò † vbi ſuprà, putat retinendam vocem, *poſt*, quæ legitur in omnibus exemplaribus Concilij, & mentem Concilij eſſe, vt Beneficiarius non recitans Horas intrà ſex menſes, etſi grauiter peccet, non tenetur tamen ad fructuum reſtitutionem, poſt ſex verò menſes ad reſtitutionem obligari: necnon ſi monitus fuerit, & in ſimili perſeueraret negligentia, beneficio priuandum. Quæ Nauarr. opinio confirmatur ex Conſtitut. 135. Pij V. in Bullario de qua ſuprà *Cap. 3. num. 14. & 5.* mentionem fecimus.

11 Et Durant. adhæret † opinioni Nauar. retinenti dictam vocem, *poſt*, quæ etiam legitur in dicta Conſtit. Pij V. quæ eſt confirmatoria dicti Concilij Lateranenſis, & Concilij verba fideliter exſcribuntur. In hoc tamen à Nauarr. diſcordat, dum Nauarr. exiſtimat, Beneficiarium, qui non recitat horas intra ſex menſes non teneri ad fructuum reſtitutionem. Quia, vt ipſe inquit, argumentum à contrario ſenſu, poſt ſex menſes tenetur, ergo ante ſex menſes non tenetur argum. *l. cum prætor. ff. de iudic. c. cũ Apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat.* cum vulgar. Non, inquit, ſemper efficax eſt hoc argumẽtum, vbi præſertim ſequeretur abſonus, & abſurdus intellectus *l. 2. C. de condict. incert. l. conuenticulam. vbi Doct. C. de Epiſcop. & Cleric.* & maximè in perniciem diuini cultus.

Vlterius Beneficiarius contemptione, vel neglitentia Horas Canonicas intra ſex menſes non recitans grauiter peccat, quod & Pij V. Conſtitutione expreſſum eſt. Cum ergo intra ſex menſes committat peccatum mortale, multò magis, & fructus tenetur reſtituere, multo enim, & longè grauius eſt in peccatum incidere, & per conſequens Dei gratiam amittere, quàm fructus beneficij, anima enim cunctis rebus eſt anteferenda, vulgat. *l. ſancimus. C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Quam ſuam opinionem Durant. vlterius cõfirmat, quia beneficium non eſt præmium virtutis, ſed merces laboris. *Deuter.* 18. & *Numer.* 18. quæ non datur his, qui non laborant. Sacerdotibus quoquè præſtatur pro labore, & miniſterio 1. *ad Corinth.* 9.

Cui Durantis opinioni contra Nauarrum,
12 † videtur (ſaluo ſemper meliori iudicio) obſtare, quia Pius V. poſt Concilij decretum, videtur indulſiſſe Beneficiario in illis primis ſex menſibus, vt ſi Officium non recitet, licet graue peccatum committat, vt dicit Pius V. tamen ad fructuum non tenetur reſtitutionem, & hoc propter indulgentiam ipſi nouo Beneficiario conceſſam; Id quod ex ipſa Pij V. Conſtitutione videtur confirmari, dum ipſe Pontifex poſt enarratam Concilij ſanctionem, ſubdit, *Multorum animos ſuſpenſione teneri, qualiter dictæ rata eſſet ratio habẽda.* Et propterea addit, qualiter dicta rata eſſet intelligẽda in his, qui Horas Canonicas omnes vno, vel pluribus diebus, vel qui Matutinum, vel omnes, vel aliquas horas omiſiſſẽt, quibus omnibus taxatur rata amiſſionis fructuum, & diſtributionum, de qua ratę taxatione, dicemus infrà *nu. 17.* Et poſtea ſequitur, *Quod ille, qui eſt Choro addictus, & non recitat Horas, licet cum alijs in Choro præſens ſit, qui fructus, & diſtributiones fortè aliter aſſignatas ſola præſentia iuxtà Statuta, conſuetudines, fundationem, vel aliàs ſibi lucrifeciſſe prætendit, is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem.* Et ſubdit, *Item ille, qui primis ſex menſibus Officium non dixerit, niſi legitimum aliquod impedimentum ipſum excuſaret, graue peccatum intelligat, admiſiſſe.* Ecce quod iſte, qui primis ſex menſibus non recitauit Officium, æquiparatur illi, qui in Choro præſens non recitat Officium, non æquiparatur quoad fructuum, & diſtributionum amiſſionem, in quam incidit in Choro non recitans Officium, ſed ſolum æquiparatur quoad peccati grauitatẽ in ſignum euidens, quod iſte Beneficiarius ad prætenſam fructuum, & diſtributionũ reſtitutionem non tenetur, quod vtiquè Pontifex dixiſſet, ſicut dixit de his, qui horas non recitant, prout iſte Beneficiarius intrà ſex menſes non recitauit.

Nec videtur ſtringere argumentum Durantis, quod † peccatum mortale, quod incurrit 13
iſte Beneficiarius, qui intra ſex menſes non recitauit Officium, ſit grauius reſtitutione fructuum. Quia ſtante indulgentia, & decreto Concilij à Papa confirmato, ceſſat illa pœna, vt etiam ſuperiùs diximus *Cap. 4. num. 8.* quod diſpenſatio Papę eſt iuſta cauſa excuſationis à recitatione Officij; Ex quibus manet firma, & confirmata opinio *Nauar. d. cap. 11. num. 58.*

POST hæc ſcripta; inueni † quod cum mea 14
opinione concordant *Card. Tolet* & *Garſ.* Ille *lib. 2 de Inſtruct. Sacerd. cap. 12.* Vbi dicit, quod talis Beneficiatus non recitans Officium primis ſex menſibus ab obtento beneficio iuxtà Conc. Lateranenſe licet mortaliter peccet, non tamen propterea tenetur ad reſtitutionem fructuum, ſecus, dictis ſex menſibus tranſactis, & *num. 6.* oſtendit, quod ex peccato mortali, quod committitur in omittendo Officij recitationem non infertur ad fructuum reſtitutionem, vt prætendebat Durantes, & diximus paulò ſuprà *nu. 13.*

Einſdem opinionis eſt *Garſ. de Benefic part. 3. cap. 1. num. 18.* Vbi in puncto improbat † *Du-* 15
rantis opinionem, & etiam *Menoch. de arbitr. in*

addit.

addit.caſ.429.nu.3. Apud quem videri poterit, ne iuſto longiores ſimus, & promiſſæ breuitatis obliti videamur.

16 Concluſio igitur eſt, † quod Beneficiatus, qui intra ſex menſes ab obtento beneficio computandos, nō recitat Officium diuinum, licet mortaliter peccet, non tamen ad fructuum reſtitutionem tenetur. Et hoc ex decreto Concilij Lateranenſis, confirmato à Pio V. & ita in hunc ſenſum intellecto à Nauarr. Tolet. & Garſ. in locis citatis, horum ſententiæ me ſubſcribo.

17 Quia ſuperiùs *num.12.* facta eſt mentio † taxationis ratæ amiſsionis fructuum, & diſtributionū quotidianarum nō intereſſentibus, vel omitrentibus Horas Canonicas, placuit eam ita declarare, vt ab omnibus facilè intelligatur, cum de ea non pauci etiam non vulgares perſonæ dubitauerint. Quod vt faciliùs aſſequamur præponemus verba ipſius Conſtitutionis Pij V. quę vt diximus ſuprà *Cap.3. num.15.* eſt in Bullario Conſtitut.135. incip. *Ex proximo. ſub Datum 12. Kal. Octobr.1571.* vbi in §.1. ita habetur.

Nos huic rei euidentius, atque expreſſius prouidere volentes, Statuimus, vt qui Horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur; qui verò Matutinum tantum, dimidium; qui cæteras omnes Horas aliam dimidiam: qui harum ſingulas ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittant.

CVM ſeptem ſint Horæ Canonicæ, vt dicemus infrà *Cap.16.* & ex prædicta Pij V. Conſtitutione, Matutino dimidia pars fructuum, & reliquis ſex Horis alia dimidia pars aſcribatur. Ex hoc manifeſtè apparet, quod cuiuſuis diei fructus in partes duodecim ſint diuidendi, & Matutino ſex partes, quæ eſt dimidia, alijs verò ſex Horis, vnicuique ſexta pars, erit aſsignanda. Et propterea in dicta Cōſtitutione dicitur, quod 18 qui intermittit ſingulas Horas Canonicas, ſextā fructuum beneficij, vel beneficiorum illius diei amittit excepto Matutino, quod licet ſit vna ex Horis Canonicis, ex eius omiſsione non ſexta pars, vt reliquæ Horæ, ſed ſex partes, quæ dimidiam fructuū conſtituunt, amittātur, vt dictū eſt.

Et cum dicitur, quod ex intermiſsione ſingularum Horarum amittitur ſexta pars fructuum illius diei; Licet iuxtà dictarum duodecim partium computum cuilibet Horæ Canonicæ, excepto Matutino, ſolum vna ex duodecim partibus debeatur, & ſic ex intermiſsione vnius Horæ Canonicæ vna duodecima, & non vna ſexta pars 19 fructuum amittatur: Tamen quia Pius V. omnes fructus diei in duas dimidias diuiſerat, in illis verbis, *Qui verò Matutinum tantum, dimidium; qui cæteras omnes Horas aliam dimidiam.* Poſtquam dixit, quod dimidia amittitur ex intermiſſione omnium Horarum, ſubiungit, quod amittatur ex ſingularum Horarum omiſsione, & ſtatuit, quod ſexta pars amittitur, nam quęlibet hora ex vltimis ſex horis eſt ſexta pars tantum. Licet eadem pars reſpectu ſeptem Horarum ſit duodecima, tamen reſpectu ſex vltimarum Horarum eſt ſexta non duodecima, vt dictum eſt, & patet ex ſequenti Tabula.

Tabula indicans ratam fructuum, qui amittuntur ex intermiſſione Horarum Canonicarum ex Bulla Pij V.

Intermittens.

Horas omnes Canonicas.
Amittit omnes fructus illius diei,
Qui in duodecim partes diuiduntur.

Matutinum tantum.
Amittit fructuum medietatem,
Quæ ſex partibus continetur.

Reliquas ſex Horas.
Amittit fructuum medietatem,
Quæ ſex alijs partibus continetur.

Primam Horam Canonicam.
Amittit ſextam partem fructuum,
Quæ dicitur ſexta pars habito reſpectu ad ſex vltimas Horas Canonicas. Nam reſpectu omnium Horarum Canonicarū, quibus debentur omnes diei fructus in duodecim partes diuiſi, eſt pars duodecima.

Idē intelligatur de ſingulis alijs quinque Horis Canonicis, ex quarum omiſsione amittitur vna ſexta, vel duodecima pars, vt dictum eſt.

Hoc loco eſſet aliquid dicendum de his, qui in eorum Eccleſijs à publica diurna, & nocturna Horarum Canonicarum recitatione abſtinēt, de quibus aliquid attingemus *Cap.17.* quando dicemus de Matutino à *num.29.* vſque ad 36.

De Campanis, ſiue Tintinnabulis, & Nolis.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1. *Horas Canonicas clerici debent cuſtodire, & deuotè perſoluere ex Patrum traditione.*
2. *Campanis pulſantur ſigna Horarū Canonicarū.*
3. *Campanarum origo, & vſus remiſſiuè.*
4. *Campanarū vſum in Eccleſijs quis inſtituerit.*
5. *Campanarum vſus in Eccleſia poteſt dici primò inſtitutus à S. Paulino Epiſcopo Nolano in ſua Eccleſia, poſtea receptus in vniuerſali Eccleſia à Sabiniano Papa.*

6 Cam-

6 *Campana pulſantur etiam ad Miſſam publicā.*
7 *Campana à Catholicis pulſantur ad arcendas tempeſtates.*
8 *Campana ſonitus fugat Dæmones.*
9 *Campana ſonitus Dæmones cum tempeſtatibus depellit.*
10 *Campanarum ſonitu, & bombardis nubes franguntur.*
11 *Campana quare pulſentur in exequijs defunctorum.*
12 *Campana à ſuo loco ſublata amittit ſonum, reſtituta priſtinum recuperat ſonum.*
13 *Ligna pulſabantur loco campanarum ad conuocandum populum.*
15 *Campana vſu erant Pariſijs de anno 754.*
16 *Campanarum ſonitus auditus cum nulla ibi extarent, & de varietate ſonitus, & campanarum mirabili.*
17 *Campana ex ſe ſonando iubilant in morte P. Eliæ.*
18 *Campana obmuteſcit ſtante interdicto, eoquè ſublato ſonitus, vt prius auditur.*
19 *Epiſcoporum, & Præſulum poteſtas à Deo eſt, quibus læſis Deus ipſe læditur.*
20 *Campana quare baptizentur, ſiue benedicātur.*
21 *Campanas baptizari non prohibetur in Capitulari Caroli Magni licet prohibeatur ſuperſtitio.*
22 *Campana quo bāptiſmo baptizentur.*
23 *Templum etiam ſuo modo dicitur baptizari.*
24 *Campanas, qui ſonant decet indui ſuperpelliceis.*
25 *Campana tres horologij Palatij Apoſtolici in Quirinali, poſiti ab VRBANO VIII. ordinati fuerunt benedicta, & baptizata.*
26 *Horologium Solare ab Auctore deſcriptum iuſſu VRBANI VIII.*
27 *Campanis non vtuntur hæretici, licet non omnes, & Turcæ.*
28 *Campanas habere in priuatis Oratorijs prohibetur.*
29 *Campana Romam ex Anglia tranſuecta.*
30 *Campanas non omnes Hæretici excludunt ab eorum templis.*
31 *Campanarum ſonitu, & concentu non ſolum eccleſiaſtici, ſed etiam laici excitantur etiam in lecto ſtantes ad laudandum, & gratias agendum Deo, in diuerſis horis, & fit Deo laus perennis.*
32 *Campanæ ſonitu pro Salutatione Angelica omnes eam recitare ſolent in quocumque exercitio reperiantur.*
33 *pro Defunctis immediatè poſt Salutationem Angelicam veſpertinam aliqui ictus Campanæ pulſabantur ex decreto Gregorij XIII.*
34 *Campana duo Aenigmata ſatis elegantia.*
35 *de Campanarum numero, & quod plures, vel pauciores pulſanda pro varietate Diuini Officij.*
36 *de Campanarum ſonitu in excommunicationibus publicis.*
37 *Campanarum ſonitus in excommunicationibus, quid ſignificent.*
38 *Candelarum extinctio, quid in excommunicationibus denotent.*
39 *Bulla in Cœna Domini qualiter à Papa promulgetur.*
40 *Campanarum ſonitus effectus.*
41 *Campanarum ſonitus inarticulatus, quid articulatè dicat.*

CONCILIVM Aquiſgranenſe Primum,
cuius aliqua decreta referemus infrà
Cap. 16. Vbi agemus de numero Horarum Ca-
nonicarum ex antiqua inſtitutione, inter alia de-
creuit, † vt omnes Clerici vigilantiſsimè ſtude- 1
rent Horas Canonicas cuſtodire, & eas humili-
ter, ac deuotè perſoluere, tantus erat ardor, &
deſiderium, quo ardebant illi antiqui Patres, in-
ſeruiendi Redemptori noſtro, vt vtillima decreta
ſanxerint contrà negligentes, & curæ fuerit in
eodem Concilio etiam de Eccleſiæ cuſtodibus,
vt omni diligentia, luminaria communicanda
prouiderent. Et quod facit ad noſtrum propoſi-
tum, præcipitur eiſdem Cuſtodibus, *vt benè co-
gnoſcerent diſtinctiones Horarum Canonicarum*, &
additur ratio, *vt ſigna certis temporibus pulſarent*,
† Occaſione huius pulſationis aliqua breuiter, & 2
vtiliter de Campanis, ſiue Nolis dicemus, qui-
bus Clerici, & omnis populus ad diuina peragē-
da, vel audienda conuocātur, & in eodem Con-
cilio dicitur, *Mox vt datum fuerit ſignum, omnes
ad Eccleſiam conueniant*. Nam & Campanæ
ſigna appellantur, vt dicit Durantes in loco ſta-
tim citando, & *Fr. Angelus Rocca in lib. de Cam-
panis cap. 2. in verb Signum*.

Omiſſa origine, & vſu Campanarum, † de 3
quibus videri poſſunt *Guglielm. Durandus lib. 1.
Ration. diuin. Offic. cap. 4. Io de Sylua in tractat. de
Benefic. part. 1. quæſt. 5.* quos cum alijs multis lu-
culenter citat *Steph. Durant.* in ſępiùs citat. *tract.
de Ritib eccleſ. lib. 1. cap. 22.* Vbi multa doctè,
& eruditè, vt ſolet, obſeruat *num.* 1. 2. & 3. no-
uiſsimè dictus R. P. F. Angelus Roccha Epiſco-
pus Tagaſtenſis tractatum edidit doctum, & eru- 4
ditum de Campanis. Si tamen Polidoro Virgi-
lio credimus, *in lib. 3. de rer. inuentoribus. cap. 18.*
narrat Campanarum inuentorem eſſe incogni-
tum: Cuius verba refert *Creſpet in ſua Summ. in
verb. Campana. in princip.* Illud etiam in hac ma-
teria non videtur omittendum, quod de Campa-
nis

nis videtur lutelligi, quod dicitur 1. *Cor.* 13. ibi,
Factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalũ tinniens.
Quarum vſus licet ſit antiquiſsimus, tñ quo ad
eccleſiaſticos primò conſcribitur S. Paulino Epi-
ſcopo Nolano, cum prophanus earum vſus ante
Chriſtum natum multis annorum centurijs cœ-
piſſe cenſeatur, vt dicit *Fr. Angelus Roccha cap.* 1.
non longè à fine. Alia videri poterunt apud cita-
tos, & ab eis citatis Auctoribus.

4 Campanas pulſandas ad Horas † Canonicas
aliqui volunt, quod cõſtituerit Sabinianus Pon-
tifex de Anno 604. Martinus Polonus in Sabi-
niano, quod vſu teſtatur receptum *lib. Ordin. c.* 1.
de offic. cuſtod. Alphonſ. Ciacon. in Vitis Pontificum
in Sabiniano. Vbi ad Horas Canonicas, & Miſſa-
rum celebrationem illas dicit conſtituiſſe, quod
etiam teſtatur *Onuphr. Panuinius in Epitome Sum-*
morum Pontificum in Sabiniano.

Contrariari huic opinioni dicit *Roccha d. c.* 1.
circa med. quod S. Hieronymus, qui fuit ante Sa-
biniani tempora, dicit *in Regul. Monacharũ. c.* 33.
vbi de vſu Campanæ pro Sanctimonialibus in
vnum ad Eccleſiam conuocãdis. Et ſubdit Roc-
cha ſententiam probabiliorem eſſe illorum, qui
Campanæ inuentum (quantum ad Eccleſiaſticũ
vſum) S. Paulino Epiſcopo Nolano adſcribunt.

5 Quæ tamen diſcordia facilè † concordari po-
teſt, vt dicamus S. Paulinum primò fuiſſe vſum,
& inſtituiſſe in ſua Nolana Eccleſia Campanarũ
ſonitum ad Eccleſiaſticas Horas Canonicas, &
populum conuocandum, vt proprerea & Nolæ,
& à Regione Campaniæ Campanæ ſunt appel-
latæ, quem vſum poſtea vniuerſalis Eccleſia re-
cipiens ſub Sabiniano Papa comprobauit.

Huius exemplum ſimile habemus in Comme-
moratione omnium fidelium Defunctorum, quæ
primò inſtituta fuit à S. Odilone Abbate Clunia-
cenſi prima die poſt Feſtum omnium Sanctorum
in ſuis Monaſterijs, quem ritũ poſtea vniuerſalis
Eccleſia recipiens comprobauit, quæ ſunt verba
Martyrologij Romani die prima Ianuarij in Feſto
dicti S. Odilonis.

De ijſdem Campanis, quod pulſentur ad Ho-
ras Canonicas fit mentio *in Concil. Tolet. cap.* 2.
de offic. cuſtod. & in cap. ſtudeant in prima compi-
latione, quod prætermiſſum eſt in Gregoriano.
& in cap. presbyter. diſt. 11. ibi, *Et ſignis deſignan-*
tibus. Faſcicul. Tempor. Anſelm. Ryd. in Cathal.
6 *annorum. Gloſ. in cap.* 1. *de celebr. Miſſ.* † Pulſantur
etiam ad Miſſam publicam. *Alcuin. de diuin. offic.*
cap. de Sabbatho Sancto Paſcha.

7 Campanas etiam Catholici pulſant † ad aërem
caliginoſum diſcutiẽdum, tempeſtateſq. arcen-
das, & nequiſsimas poteſtates aëreas expellen-
das. *Concil. Colonien. I. cap.* 14. Et addit *Durant.*
d. lib. 1. *cap.* 22. *nu.* 4. Quod ſi quis hæc irrideat,
irrideat & Deum ipſum, qui *Numer.* 10. diſertè,
ait, ſe excitari ad miſericordiam turbarum clan-
gore, ibi. *Clangetis vlulantibus vobis, & erit re-*
cordatio veſtri coràm Domino Deo veſtro, vt erua-
mini de manibus inimicorum veſtrorum. Quo ar-
gumento, ſubiungit, conuincitur etiam eorum
ratio, qui vocales orationes repudiant. Si enim
Deus roboalibus vocibus excitari à nobis vult,
cur non magis vocalibus precibus?

Paulus Griland. in tract. de Sortileg. prodidit,
† Dæmones mulieres quaſdam ducentes, audito 8
Campanæ ſono ante diluculum, eas deſeruiſſe,
fugamquè arripuiſſe.

Et *Apoſtilla ad Creſpetium in verb. Campana*,
hoc confirmat, cuius verba hæc ſunt. † *Campa-* 9
narum ſonitus terret Dæmones, hinc cum fulgura,
& tonitrua impetu, & fragore omnia concutiunt, illæ
pulſantur. Sicut cum iſta ſcriberem oportuit facere
Anno 1570. *vltima Maij, nam tantæ fulguratio-*
nes, & inundationes aquarum eruperunt, vt multas
domos in Priuina Vrbe, & alibi funditus abraſe-
rint. Quod & iterum accidit eodem Anno die 22.
Iulij hora Veſpertina. Nec aliud cogitare poſſumus,
quàm certa eſſe indicia iræ Diuinæ, propter crebra
quæ committuntur mala, vt reſipiſcamus, ſed, ò ma-
lum, veteribus noua quotidie cumulamus. Huc
vſque dicta Apoſtilla.

Bombardis, & Campanarũ ſonitu † rareſiunt, 10
rumpuntur, ſiue diſcontinuantur nubium denſi-
tates, vt ſæpiùs experientia docuit.

Pulſantur etiam Campanæ, vt dicit *Albertus*
Pius ad fin. lib. 7. † in exequijs defunctorum, vt 11
excitentur, & præmoneantur non ſolum neceſ-
ſarij, ſed etiam reliqui Ciues, ad præſtanda de-
functis Officia, eorum opem implorantibus, ac ſi
dicerent; *Miſeremini mei ſaltem vos amici mei.*
Iob. 19. *Beda lib.* 4. *c.* 23. tintinnabulis, vel Cam-
panis populum conuocari ſolitum ad funerum
deductionem, teſtatur.

Card Baron. Annal. Eccleſ. tom. 8. *Anno Chriſti*
615. in calce, §. *Porrò quod ait Auctor.* Refert
ex Surio Tom. 5. *die prima Septembris in Vita Sãcti*
Lupi Epiſcopi Senenſis. de eo tempore in Gallia
Campanarum vſum frequenter fuiſſe receptum.
† Et recẽſet ibidem, quod Clotarius Galliæ Rex 12
cum comperiſſet ſignum, ſiue Campanam Sancti
Stephani Prothomartyris Senonenſis ſonum
edere gratiſsimum, iuſsit eam Pariſios trãsferri,
vt eius tinnitu ſæpiùs delectaretur. Quæ res di-
ſplicuit S. Lupo. Itaquè vt ablata fuit à Senoni-
bus, omnem ſoni gratiam amiſit. Id Rex intelli-
gens ocyus iubet ſuo illam loco reſtitui. Vbi fuit
ad Pontem Senonicum deuentum, redijt illi pri-
ſtinus ſonus, & ob Sãcti viri merita ſeptimo mil-

llario

13 liario auditus fuit. † Et additur ibi, quod in Oriente adhuc perſeuerabat conſuetudo ligna
14 pulſandi ad conuocandum populum. † Quam conſuetudinem pulſandi lignum ad tabulam ſimiliter ligneam ad conuocandam ad familiam ad prandium, & cœnam obſeruaui in Aula Sereniſsimi Principis Bauariæ Ducis de Anno 1591. de menſe Iunij.

Refert idem Surius in eodem *Tom.* 5. in Vita S.Dionyſij, & Sociorum Martyrum, in reuelatione facta S.Stephano Papæ Pariſijs ægrotanti
15 Anno 754 Quinto Kalend. Augusti. † Vbi in principio dicitur, quod S.Stephanus fuit in oratione in Eccleſia S. Dionyſij ſubtus Campanas, vbi miraculosè fuit priſtinæ ſanitati reſtitutus. Ex quo apparet de illo tempore fuiſſe ibi Pariſijs campanarum vſum, & ſic poſt Sabinianum, quaſi ab eo fuerit talis vſus ſtatutus.

Surius idem *Tom.* 3. in Vita S.Petri Cæleſtini
16 *cap.* 13 narrat, † Quod recitantibus Fratribus diuinum Officium, ſubitò audire cœperunt ſonum multarum, & magnarum ſuauiter ſonantiũ Campanarum, cum maxima aduenientium Fratrum admiratione, cum locus Oratorij dictorum Fratrum eſſet ab omni hominum habitatione tam remotus, vt nullus inde Campanæ ſonus poſſet audiri. Qui Campanarum ſonus pluries ibi audiebatur nocte, dieque, horis præcipuè Diuini Offici. Et non ſolum ab illis Fratribus, ſed à pluribus etiam alijs in vicinis Vrbibus, & adiacentibus locis. Nec æqualis ſemper, nec ab omnibus æqualiter, ſed in maioribus feſtiuitatibus maior audiebatur pulſatio. In ipſa quoque Dominici Corporis eleuatione maior Campana, & quæ dulcius cæteris reſonabat. Et talis erat ille Campanarum ſonitus, quod quantò quis attẽtius aures illi accõmodabat, tantò remiſsius audiebat. Et additur, per talem ſonum aliquos à duplici, mentis, ſcilicer, & coporis infirmitate fuiſſe ſanatos, & ab infeſtatione diabolica liberatos.

Idem Surius *Tom.* 4. in Vita S.Mariæ Magdalenæ, ex Aurea Roſa Syluestri Prieratis non lon
17 gè à fine, refert † B.Patrem Eliam poſt horulam à morte S.Mariæ Magdalenæ expiraſſe, & quod ſtatim ipſe Campanulæ in rupe ſuſpenſæ, nullo hominum mouente, iubilarunt.

Narrat idem Surius *Tom.* 6. in Vita S. Eligij
18 Epiſcopi Nouiomenſis *lib* 2. *c.* 21. † Quod cum Sanctus Epiſcopus in Viſitatione ex quadam cauſa interdixiſſet, ne curſus, ideſt, vt ibi explicatur, preces Canonicæ, & ſacrificium celebrarentur in quadam Baſylica, donec ipſe iuberet. Cum autem eo diſcedente, presbyter ibi reſidẽs Epiſcopi præceptũ paruipendens, tentaſſet pulſare Campanam, illa præter ſolitum, licet rationis expers, Beato viro obtemperans, nullum ſonum edidit. Et perſiſtens vlterius presbyter in trahendo reſtim Campanæ, ſed ſonum exprimere non potuit, donec Epiſcopo permittente, & accedente ſatisfactione dicti presbyteri, cuius culpa id Epiſcopus fecerat, ſolo verbo Beatus vir locum conciliauit, & mox Campana ſonum edidit, vti prius conſueuerat.

Ex quo edocemur Epiſcoporum, & Præſulum poteſtatem à Deo † pendere, qua neglecta non 19
perſona iubentis, ſed Deus ipſe læditur, vt propterea ipſe Deus tamquàm cauſa prima nõ concurrat cum ſecundis cõtra imperata, & ideò neque Campana ſonaret, nec ignis combureret in fornace Babylonis, nec mare iret liquidum Petri pedibus, ſed ſolidum ſubminiſtrauerit.

Baptizantur etiam, † ſiue Benedicuntur Campanæ ex ſententia Patrum, Conc. Iij Colonien- 20
ſis *Cap.* 14. vt ſint tubæ Eccleſiæ militantis, quibus vocetur populus ad conueniendum in templum, & diuinum Verbum audiendum. Item vt Dæmones tinnitu Campanarum, Chriſtianos ad preces concitantium, terreantur. Formula verò baptizandi, ſeu benedicendi Campanas antiqua eſt, quæ extrata legitur in libro Ordin. Romani, cuius etſi auctor ignoretur, tamen conſtat hunc librum eſſe antiquiſsimum. Huius enim mentionem facit *Alcuin.* dicens. *Neque nouum videri debet, Campanas Benedicere, & vngere ei ſquè nomen imponere.* Nam & *Genes.* 28. Iacob memor viſus ſcalæ à terra ad cælum vſquè pertingentis, tulit lapidem, quem cap. ti ſuo ſuppoſuit, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper, appellauitq; è nomen Vrbis Bethel, quæ prius Luza dicebatur.

Quod verò in Capitulari Caroli Magni, † Clo- 21
cas, ſic enim Campanæ vocantur, baptizari vetatur. Vitus Amerbachius interpretatur prohiberi ſuperſtitionem, non verò legitimam, & Eccleſiaſticam benedictionem, vel conſecrationem.
† Nec enim baptizantur baptiſmo, quo remiſsio 22
peccatorum confertur, ſed quia cultui diuino dicantur, necnon quia ad abigendos, & propulſandos malignos ſpiritus, viſum eſt Patribus eas lauare, benedicere, & vngere, vt & veſtimenta Eccleſiaſtica, & complura alia. † *Templum bapti-* 23
zari dicitur ab Iuone in Sermon. de Sacram. Dedicat. Ipſum templum ſub modo, & ſuo ordine baptizamus.

Eos verò, qui Campanas † pulſant congruit 24
ſuperpelliceis indui, vt in *Concil. Colon. p.* 3. *c.* 31.

Sanctiſſ. D.N. VRBANVS VIII. PONT. MAX. cum de Anno 1624. in Turri Pontificij Palatij in monte Quirinali poſiti, pro ipſius Palatij, & Curialium commoditate Horologium cum tribus Campanis, maiori, nimirum, pro Horis, minoribus

noribus duabus pro earum quadrantibus ordi-
25 naſſet, † dixit mihi, quod illas tres Campanas
benedicendo, & baptizando nomina græca im-
poſuit, quibus earum munia explicabantur. Vi-
delicet, pulſationem horarum integrarum, & ea-
rum quadrantum, & erant tres Campanæ, vna
maior pro Horis, aliæ duæ minores pro quadran-
tibus.

Et cum Sanctiſsimo replicaſſem, quod iſtæ
machinę horologiorũ non poſſunt taliter aptari,
vt horas debito ſemper tempore monſtrarent, &
pulſarent abſque adiutorio Horologij Solaris.
Tunc Pontifex reſpondit, hoc eſſe mei muneris,
vt de huiuſmodi Horologio Solari prouiderem;
quod etiam fuit poſtea executum de anno 1628.
26 ſub iſta forma. † In quadrato, ſiue cubo marmo-
reo latitudinis palmorum quatuor, & totidem
longitudinis, & altitudinis palmorum quinque;
Singulę quatuor facies in cylindri formam exca-
uatæ ad profunditatem palmi vnius, & in ipſis fa-
ciebus horologia depicta, & inciſa. Ad Auſtrum,
& Aquilonem horæ ab occaſu, ſiue Italicæ cum
ſemihoris, & ſignis cæleſtibus: Ad Orientem, &
Occidentem Meridiana horologia cum horis à
Meridie, & media nocte, & ſignis cæleſtibus.
Gnomones ſiue ſtyli, qui horas indicant, ſunt
tres ex ære fuſę Apes (inſignia Pontificia Barba-
rinæ Familiæ) auro tectæ longitudinis palmaris,
& vltrà, in aëre pendentes, ex cruce in ſummi-
tate cubi horizontaliter extentæ, caudis horas
per vmbram indicantes. In facie Aquilonari au-
ratus ex eadẽ æris materia Sol radijs effuſis (qui
in Barbarinæ Familiæ ſtemmate fulget) radio cę-
teris longiùs producto Luce ſua ſignat horas.
Collocatus fuit hic cubus ſuprà columnam pal-
morum ſeptem altitudinis, & latitudinis quin-
que. Et in baſi marmorea ipſius cubi inciſus eſt
verſus Virgil. in 4. Georgicor. Cũ agit de Apibus.
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.

Vbi Virgilius deſcribens varia Apum officia,
inter alia dicit, quod quibuſdam Apibus ſors ce-
cidit, vt cuſtodirent portas. Quod cũ ad vnguem
dictum, ſiue prædictum fuiſſe videretur de Api-
bus Barbarinis, cum ad Summam Pontificalem
dignitatem per Electionem perſonæ aſſumantur.
Ideò ibi talem verſum reponendum curaui, qui
& Pontifici arriſit. In ipſius Cubi ſummitate
Pontificia ex nitido marmore inſignia Regni, &
Clauium prominent: Et ita fuit collocatum in
noua eiuſdem noui Viridarij parte poſiti in dicto
monte Quirinali. Hæc dixiſſe volui occaſione
Baptiſmi, ſiue Benedictionis Campanarum præ-
dicti Horologij Pontificij.

27 Hæretici Campanis bellum indixerunt, † vt
dicit *Durant. vbi ſup. nu. 7.* cum has frangant, &
comminuant, Saracenos imitando, qui ex Pla-
tina in Vrbano Tertio, capta Hieroſolyma, Cã-
panas in primis ex ſacris Turribus deiecerunt.
Turcę quoque auctore Cuſpiano de Religione
Turcarum, vſum Campanarum nequaquàm ad-
mittunt, illis etiam Chriſtianis, qui ſub illorum
ditione viuunt, prohibent.

In Oratorijs autem priuatis † Campanæ eſſe 28
non poſſunt, cum eas habere prohibeantur. *cap.
patentibus. de priuileg.*

Quod dictum eſt Hæreticos frangere, & com-
minuere Campanas, oculari teſtes ſumus, † cum 29
de tempore fel. rec. Gregorij XIII. In Anglia re-
gnante Eliſabetha impia Hæretica magnus Cã-
panarum numerus ex Anglia fuit à mercatoribus
Romam tranſuectus, quæ per Eccleſias median-
te pretio fuerunt diſtributæ.

Nec omnes prorſus Hæretici Cãpanas † odio 30
habent, cum ego ipſe viderim Pragę in Bohemia,
quò fui de Anno 1591. & 1592. Hęreticos Huſ-
ſitas eminentiſſimas in eorum Templis habere
Turres cum magna Campanarum multitudine,
& magnitudine, qui etiam eorum concentu ma-
ximè delectantur.

Nec omittendum videtur, quod notabiliter
dicit *Nauar. de Hor. Canon. cap. 3. n. 40.* † decere, 31
& expedire, quod Matutinum ab alijs dicatur
media nocte, ab alijs ante auroram, & poſt eam
ab alijs. Tum quod omni ferè hora Deus lauda-
tur, & ſic laus eius quadamtenus perennis fiat.
Tum quod multi laici audiẽtes pulſum Campa-
narum in diuerſis horis ſurgentes ex ſuis lectis,
iacentes in eis collaudant etiam eum in diuerſis
vel horis.

Præſertim quando Campanæ pulſantur pro
gratiarum actione, tunc enim ex earum multi-
plici ſonitu mentes hominum excitantur ad gra-
tias ipſi Deo agendas, & habendas, vt dicit
Angel. Roca de Campan. cap. 19. in fin.

Quod etiam contingit in trina † pulſatione 32
Salutationis Angelicæ, manè, Meridie, & Ve-
ſperè, ad cuius ſonitum vbicumque perſonæ re-
periãtur, ſiue domi, ſiue extrà, ſiue in colloquijs,
& quibuſcumque actibus, ab eis deſiſtendo, Sa-
lutationem Angelicam recitare ſolent.

Et in Veſpertina pulſatione memini, quod
aliàs fel. rec. Gregorius XIII. ſalutariter inſtituit,
† quod immediatè poſt Salutationem Angelicã 33
aliqui ictus pulſarentur pro Defunctis: cum an-
tea diuerſis horis iuxtà varietatem vſus Eccle-
ſiarum pro dictis ſuffragijs iſta Campanarum ſi-
gna darentur. Ex quo duplex vtilitas oriebatur,
quia ab omnibus (cum omnes Salutationem An-
gelicam recitare ſoleant) pro Defunctis preces
effundebantur; Et quia vnanimiter ab omnibus
precabatur; cum valdè ſit efficax multorum ſi-
mul oratio facta, iuxtà illud *Actor. 12. Oratio autẽ*

fiebat

fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. Cum Eccleſia vniuerſitatē Fidelium ſignificet. Idem etiam habetur iiſdem *Act. Apoſtol. c. 1.* ibi, *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & MARIA matre IESV, & fratribus eius*. Huc facit Oratio omnium Sanctorum, ibi, *quæſumus, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris*.

Quæ conſuetudo hodie antiquata eſt, fortè cum Defunctorum detrimento, & modo ſicut prius alij alijs horis pro Defunctis dant dicta ſigna poſt Solis occaſum.

34 Placuit hoc loco notare illud elegās † Aenigma, quod de Campana circumfertur ex *Rocca cap. 26. in fin.* quod aſcribitur *Franciſco Suaereo in Mag. cap. 20.*

Eſt intra cælos, eſt intra manſio terras,
Non cælum tango, non quoque tango ſolum.
Conſtringitur vinclis, concludor robore duro.
Vt nulla mutem conditione locum.
Os mihi ſeper hiat patulāter, & exero linguam,
Nec niſi cum cogunt verbera multa, loquor.
Cum loquor aſſiduis repleo clamoribus aures;
Verbera cum ceſſant, tunc quoque ceſſo loqui.
Non vlli noceo clamoribus; hortor iniquos
Contrito vt quærant corde ſalutis iter.

Aliud Ænigma Nicolai Reuſneri.

Os mihi ſēper hians, & pendēs ferrea lingua eſt,
Vox eſt nulla, niſi prodita verberibus.

Circa numerum Campanarum notādum eſt,
35 † quod in hac re habet S.Carolus Borromeus in libro de Inſtruct. Fabricæ. atquè ſupellectili Eccleſiaſtica ad Mediolanenſis Prouinciæ vſum cdiro, vbi de numero Campanarum ſic habet. *Si Eccleſia Cathedralis eſt, ſeptem, aut quinque ad minimum Campanas; Si Collegiata, tres, grandiorem ſcilicet, mediam & minimam; Si Parrochialis, totidem, aut duas ſaltem habere debet, eaſquè diſtinctio quodam ſoni concentu inter ſe conſentientes, pro varia Officiorum, quæ fiunt ratione ac ſignificatione*. Huc vſquè S.Carolus.

Vbi notanda ſunt illa verba, quod Collegiata debet habere tres Campanas, grandiorem, mediam, & minimam & hoc pro varia officiorum, ratione, & ſignificatione. Quaſi diceret. Officia diuina ſunt in triplici differentia, ſimplicia, ſemiduplicia, & duplicia, in ſimplici Officio vna ſolum Campana, eaquè grandior pulſetur, pro ſemiduplici duæ Campanæ, grandior cū media, ad ſignificādum deniquè duplex eſſe officiū omnes tres Campanæ, in Cathedralibus verò earum numerus proportionalirer augeatur, putà, vna in ſimplicibus, quatuor in ſemiduplicibus, ſeptem in duplicibus. Si verò ſint quinquè, vna in ſimplicibus, tres in ſemiduplicibus, quinquè in duplicibus. Ita vt ex numero Campanarum innoteſcat ratio, & ſignificetur varietas, vt dictum eſt, officiorum. Quem vſum tenent multæ benè ordinatæ Eccleſiæ. Et hoc optima ratione, vt doctis pariterq. indoctis feſtorum recurrentium dies innoteſcant, & à Chriſtianis exercitijs, quæ his diebus fieri ſolent non deſiſtant.

Vnde non videtur, ex S.Caroli conſtitutione, laudanda illorum conſuetudo, ne dicam, abuſus, qui licet plures in eorum Eccleſijs Campanas habeant non ſolum in ſimplicibus, ſed etiam ſemiduplicibus, & etiā duplicibus officijs vna ſolū vtuntur, cum, vt diximus, pro varietatē officij, diſtincti eriā eſſe debeant Campanam concentus.

Ad Campanarum multiplicitatem ſpectat Ri-
tus, † quo antiquitus Summi Pontifices vti ſo- 36
lebant, dum aliquem Populum, vel Principem iuſta de cauſa excommunicabant. Singulis namquè Dominicis, & feſtiuis diebus per Epiſcopos, & Archiepiſcopos inter pulſandas Campanas candelis accenſis, excommunicati publicè declarabantur. Quo facto, Campanarum ſonitus ceſſabat. & candelæ item extinguebantur in terram deiectæ.

Campanæ pulſabantur, † vt eorum ſonitu, quo 37
Dæmones expelli ſolent, excommunicati Dæmonibus aſſimilati, à Fidelium commercio expulſi declararentur.

Per candelas autem extinctas, † & humi de- 38
iectas, excommunicati, tamquàm diuinæ gratiæ luminis expertes, extraquè Sanctorum Communionem eiecti, hoc eſt Eccleſiæ Sacramentis, ac ſuffragijs, necnon alijs pijs Fidelium operibus, dictarum ſcilicet rerum omnium participatione declarantur priuati.

Id etiam his noſtris † temporibus fieri ſolet à 39
Summo Pontifice, quando in Feria v. maioris Hebdomadæ, quæ dicitur in Cœna Domini, Bulla coràm Populo promulgatur. Pulſatis enim iam Campanis, & Bulla lecta, Summus Pontifex è ſublimi ſuggeſto, candelam accenſam in ipſo tractu extinguendam. ſuper Populum aſtantem proijcit. Quibus peractis; datur Chriſtifidelibus Benedictio ſolemnis; & Plenaria Indulgentia promulgatur. Vt in Ceremoniali Romano habetur.

Et hæc de Campanis dicta ſufficiant, ſiue de tubis Eccleſiæ militantis, † quarum tinnitu Dæ- 40
mones terreantur, & tenniti abſcedant, vt non ſint impedimento rebus, neque perſonis, Populo nimirum ad audiendum verbum Dei, Clero ad annunciandum manè miſericordiam Dei, & veritatem eius per noctem, & per illarum ſonitum Fideles inuitentur ad preces, vtquè in eis creſcat deuotio Fidei, vt hæc & alia habentur ex ſenten-

Digitized by Google

tia Patrum, qui ſunt citati ſuprà Concil. Colo-
nienſ. Primo *Cap.* 14. *Tom.* 5. *Concil.*

Vndè licet Campanarum ſonitus ſit in articu-
41 latus, † tamen ex Sanctæ Eccleſiæ inſtituto ſatis
videtur articulatus, nihil enim aliud clamando
annunciare videntur, niſi *Laudate Dominum om-
nes Gentes, Laudate enim omnes populi.* & *Confite-
mini Domino quoniam bonus, quoniam in ſaculum
miſericordia eius.* & *Laudate pueri Dominum, Lau-
date nomen Domini.* Illi nimirùm pueri de quibus
ipſe Saluator dicit *Matth.* 11. *Confiteor tibi Pater
Domine cæli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſa-
pientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis,*
& *cap.* 18. *Niſi efficiamini ſicut paruuli iſti, non
intrabitis in Regnum cælorum.*

De Aqua Benedicta.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Aqua benedicta dicitur etiam Aqua ſacra, & quare.*
2 *Aquæ benedictæ virtutes.*
3 *Aquam benedictam vas continens ex qua materia eſſe debeat.*
4 *Aquæ benedictæ antiqua inſtitutio de tempore Apoſtolorum, & eius virtutes.*
5 *Aquam benedictam præcepit fieri Alexander Primus. Et poſtea ſancitum in varijs concilijs.*
8 *Aquæ benedictæ virtus illuſtratur varijs miraculis.*
25 *Aquæ ſacræ fit mentio in libro de Morbo ſacro.*
26 *Aqua benedicta quare ponatur à latere in Eccleſijs.*
27 *ex Aquæ benedictæ virtutibus, & miraculis refellitur inſania Hæreticorum.*
28 *Aquæ benedictæ aſpergillum hæretici appellant clauem infernalem.*

AQVA BENEDICTA reſtat, quæ
Campanarum concentu finito, Eccle-
ſiaſtici ingredientes Eccleſiam ſe aſpergunt, vt
diuina officia perſoluant, quos etiam cæteri
Chriſti fideles imitantur; Placuit aliqua de ipſa
dicere ad excitandam deuotionem, vt eius virtu-
tibus cognitis, ea frequentius ad eorum com-
modum, & vtilitatem vtantur.

Aqua benedicta, vocari etiam ſolet Aqua ſa-
1 cra, † ad differentiam aliarum cōmunium aqua-
rum, quæ ad diuinum cultum non ſunt deſtinatæ,
ſicut ſuperiori Capite diximus de Cāpanis, qua-
rum baptiſmus non in Sacramentū, ſed in Bene-
dictionem ſonat, alias nō ab omnibus tangi poſ-
ſent. Ita etiam Aqua ſacra dicitur, ideſt, bene-
dicta, ad effectus, vt ſtatim dicemus, & ideò ab
omnibus tangi, & fit vt quilibet ea vti poſſit.

† Ita vt iſta Aqua non ſit Sacramentum, ſed quid 2
ſacramentale contra Dæmones, & impedimenta
ſacramentorum, necnon delere peccata leuiora,
quæ vocantur venialia *S. Thom. ad* 4. *ſentent.
diſt.* 12. & 3. *part. quæſt.* 65. *art.* 1. *ad* 6. & *quæſt.* 7.
art. 2. *ad* 3. & *quæſt.* 87. *art.* 3. *Hugo de S. Vict. in
lib de Sacram. Sot. ad* 4. *ſentent. diſt.* 15. *quæſt.* 2.
art. 3. fusè *Turrecrem. in tract. de Aqua benedicta
cap.* 5. 6. & 7.

Vas illud, quo iſta Aqua ſacra, vel benedicta,
quocumque modo appelletur, in ſacris Eccleſijs
continetur, qua aſpergi ſolent, vt diximus, qui
ingrediuntur, & egrediuntur, varijs modis deno-
minatur, vt ex Græco, & Latinis eruditè *Durant.
lib.* 1. *cap.* 21. *in princ.* dicit etiam in fine, † quod 3
iſtud vas Aquæ benedictæ debet eſſe marmore,
lapideuè ſolido, non lateritio, nequè ſpongioſo,
additquè ex Gallica fortè conſuetudine, quod
& nos in Germania obſeruauimus, præſertim in
cœmeterijs, quod habeat ſpargulum decens è
labro (ita enim dictum vas appellat) catenula
appenſum.

Aquam ſale aſperſam benedici, † eaquè po- 4
pulum Chriſtianum aſpergi, in vſu fuit de tēpore
Apoſtolorum. S Clemens *lib.* 8. *Conſtit. Apoſtol.
cap.* 29. meminit Matthæi nomine, ſanctificatio-
nis, ſeu benedictionis Aquæ, deinde enarrat vſus
benedictionis his verbis. *Tribue ei vim ſanandi,
& depellendi morbum, fugandi Dæmones, idquè per
Chriſtum ſpem noſtram.* Quibus verbis Aquæ be-
nedictæ virtutes explicantur, ibiquè *Turrian. &
lib.* 1. *pro Epiſt. Pontif. cap.* 9. De quo antiquo vſu
Cardin. Baron. Annal. Eccleſiaſt. Tom. 1. *Ann.* 57.
num 105. abluendi manus ante precationes. Et
tom. 2. *Ann.* 132. *num.* 3. & *ſeq.* Vbi de Aquæ be-
nedictione à tempore Apoſtolorum, & de mira-
bili ſanitatum curatione, aliisquè Aquæ benedi-
ctæ virtutibus recollectis à Marſilio Columna
Epiſcopo Salernitano in ſuo libro inſcripto Hy-
draologia.

Id poſtea præcepit † Alexander Primus, quin- 5
tus à B. Petro *Epiſt.* 1. *ad Canon. ad omnes Fideles*
& allegatur à *Gratiano de conſecrat. diſtin.* 3. *can.
Aquam. Aquam,* inquit, *ſale conſperſam populis be-
nedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur, ac
purificentur, quod & omnibus Sacerdotibus facien-
dum eſſe mandamus. Damaſ. lib. Pontif. c.* 7. *Raban.
lib.* 2. *de inſtit. cleric. cap.* 55. *Walfrid. Strabo de
reb. eccleſ. c.* 29. *Ado Treuer. in Martyrolog. ad* 7.
Non. Maij. Sigebert. ad Ann. Domini 588. *Microlog.
de Eccleſ. Obſeru. cap.* 41. & 49.

Concil. Mediolanenſ. Tertiū † *ſub S. Carolo Bor-* 6
romeo 1573. *cap. quæ ad ſacramentalia pertinent.
Quod ſingulis diebus Dominicis Sacerdos Miſſæ
parrochialis ſacrum facturus, aquam ſale aſperſam*
bene-

Digitized by Google

benedicendo renouare debet, eaquè populum aſper-
gere. In eamdem ſententiam extat *Caroli Magni*
Conſtitutio lib. 5. *cap.* 220. *Vt omnis presbyter die*
Dominico cum pſallente circumeat Eccleſiam ſuam
vnà cum populo, & aquam benedictam ſecum ferat.
7 *Concilium Nanatenſe Cap.* 4. † *Cum Sacerdos*,
ait, *audierit aliquem infirmari in ſua plebe, quàm*
citius ad eũ pergat, & ingreſſus cubiculum, aquam
benedictã ſuper eum, & omne cubiculum aſpergat,
cum Antiphona. Aſperges me Domine, &c. Et *verſ.*
Exurgat Deus, &c.

Virtus Aquę benedictę, vltrà quod delet pec-
8 cata venialia, vt dictum eſt. † varijs miraculis il-
luſtratur.

Theodoret. lib. 5. *cap.* 21. *& lib.* 9. *Hiſtor. tripart.*
cap. 33. *Niceph. lib.* 12. *cap* 27. & alij plures, com-
memorant, Marcellum Apameorum Epiſcopum
Aqua benedicta Dæmonem fugaſſe, qui euerſio-
nem delubri Iouis præpediebat.

9 *Epiphan.* aliud inſigne † miraculum profert
lib. 1. *tom.* 2. in hæreſi Ebionitarum. De Ioſepho
quodam Comite Chriſtiano, qui cum inſtaurare
vellet Hadriani templum in honorẽ Chriſti, ege-
retquè calce, & caminos, ſeu fornaces fieri iuſ-
ſiſſet, callidi Iudei præſtigijs, & incantationibus
ignem ligare, & diſpergere aggreſſi ſunt. At Io-
ſephus Aqua benedicta ſingulas fornaces reſper-
ſit, ſubitòq. præter opinionem omnium, diſſoluta
ſunt incantamẽta, ignisquè corã omnibus emer-
ſit, Turbæ verò, inquit, *Epiphan.* clamore edito,
vnus Deus, qui auxiliatur Chriſtianis, ſeceſſerũt.

Eamdem Hiſtoriam ex ipſo *Epiphan.* recitat
paulò fuſiùs *Cardin. Baron. in Annal. Eccleſiaſt.*
Ann. 327.

10 *S. Hieronymus* † in Vita Hilarionis, aliud nar-
rat miraculum de Italo Chriſtiano contra Ga-
zenſem duumuirum.

11 *S. Gregorius lib.* 1. *Dialog cap.* 10. refert † aliud
miraculum de Fortunato, qui Aqua Benedicta
Gothi coxam ſanauit.

Palladius Hiſt. Lauſiac. in Vita Abbatis Ma-
12 charij, de quadam † muliere, quæ videbatur in
equam cõuerſa vi Aquæ benedictę, in priſtinam
formam reſtituitur. Quod etiã notat *Sur. Tom.* 1.

Thead in Regul. Hiſt. cap. 8. narrat, Aqua bene-
13 dicta locuſtas † fuiſſe expulſas. Idem ex *Anaſta-*
ſio teſtatur *Card. Baron. Annal. Tom.* 10. *Ann.* 885.
14 de Stephano Papa VI. † qui Aqua à ſe benedi-
cta aſperſa ſuper ſata, & vineas nulla penitùs lo-
cuſta remanſit, cum omnis terra in pulueris mo-
dum cooperta eſſet locuſtis.

15 Idem à S. Vincentio Ferrerio † factitatum te-
ſtatur *Surius Tom.* 2. in eius Vita, in locuſtis, &
16 brucis. Vbi paulò infrà † idem narrat de ſedata
tempeſtate aſperſione Aquæ benedictæ.

Georg. Archiepiſc. Alexandr. in Vita S. Chriſo-
ſtomi, refert Chriſoſtomum † Aqua ab Epiſcopo 17
benedicta febre, diſſenteria, alijſquè morbis af-
fectum curaſſe.

Beda lib. 5. *Hiſtor. cap.* 4. ſcriptum reliquit, no-
bilem fęminam graui † morbo laborãtem Aqua 18
benedicta conualuiſſe.

S. Bernardus in Vita Malachiæ, narrat Mala-
chiam † Aqua benedicta fręneticum ſanaſſe. 19

Petrus Venerabilis lib. 1. *de Miracul. c.* 7. † Dæ- 20
mones Aqua benedicta fugatos commemorat.
Idem teſtatur de † S. Eligio *Surius tom.* 6. in 21
eius vita.

Epiphan. lib. 1. *contra Hæreſ. tom.* 2. dum contra
Ebioniras diſputat, hiſtoriam refert de Ioſepho
quodam, † qui freneticum ſic ſanaſſe perhibetur. 22
Aſſumit, inquit, *eum*, ſcilicet, freneticum, *intro*,
& præcluſis foribus, acceptaquè aqua in manu, eaq.
Crucis ſignaculo ſignata, inſanum hominem aſper-
ſit ac dixit, In nomine IESV Nazareni Crucifixi
egredere Dæmonium ab ipſo, & ſanus fiat. Itaq. ad
ſtatum prudentia, & modeſtia deuenit, ipſiq. viro,
ac Deo magnas gratias egit, &c. Ita refert *Creſpet.*
in verb. Aqua benedicta.

Surius Tom. 1. in Vita S. Odilonis Abbatis,
cuius ſuprà fecimus mentionem *Cap.* 6. *num.* 5.
† Narrat Gerardum puerum à terribilis caducæ 23
paſſionis languore à prædicto Abbate ſanatum,
vt Euchariſtiam ſumpſit, Aquam benedictam ei
propinando cum Calice S. Maioli. † Qui idem 24
etiam præſtitit per eiuſdem Aquæ potũ ſanando
militem, qui adeò amens erat, vt per deuia ſoli-
vagus, & nudus erraret, inconditas emittendo
voces, & tamquàm Dæmoniacus ſe per inordi-
natos geſtus inſaniem exhibebat.

Aquæ ſacræ fit † mentio in libro de Morbo 25
ſacro, vt reſtatur *Durant. d. lib.* 1 *cap.* 21. *num.* 6.
in fin. Et addit quod Galenus dicit, hunc librum
non eſſe genuinum Hyppocratis, ſed memora-
bilis tamen viri, his verbis. *Deus itaquè* (ait) *au-*
ctor illius libri, qui maxima, & ſceleratiſſima pec-
cata purgat, ac purificat, & liberatio noſtra exiſtit,
ipſiquè terminos tẽplorum Dijs deſignamus, vt nul-
lus, qui purus non ſit, eos tranſcendat, & ingreſſi
reſpergimus, non vt inquinemur, ſed ſi quod etiam
ſcelus habemus, purificemur, &c.

Et ſubiungit *Durant. Quare cum poſt inſtitutio-*
nem Eccleſia Aqua benedicta † quodammodo ſal-
tem venialibus, ſeu lenioribus peccatis purificemur, 26
non ſine ratione inſtitutum fuit, vaſa iſta Aquæ be-
nedictæ ad oſtium Eccleſiæ à latere ingredientibus,
vbi poteſt, dextro collocari. In veteri Teſtamento
nonniſi lotus templum ingrediebatur. Exod. 30. *Quo*
admonemur, ne illota mente in Eccleſiam introea-
mus; ſi macula in veſte, aut corpore appareat, non

audemus accedere, ſi verò ſordida mens, ſeu conſcientia fuerit, nihil timemus.

Ex quibus omnibus ſuprà narraris, vt dicit
27 *Durant. num. 4.* † arguitur Flagellantium, & Lollardorum hæreſis, qui negabatur Aquam benedictam plus habere virtutis, quàm non ſacram, ſeu prophanam. Et aſpergillum Aquæ benedictæ
28 † clauem infernalem appellabant, quos impuri Lutherus, Caluinus, Heslinſius, Brentius, & cæteri huius ſeculi Hæretici æmulantur.

De Hymnis, Pſalmis, & Canticis in genere.

CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio ad præcedentia.*
2 *Diuini Officij initium iucundum eſt, cum inchoet ab Hymnis, Canticis, & Beatitudinibus.*
3 *Pſalmus eſt cantus cum laude Dei, & ſic tria faciunt Pſalmum.*
6 *Pſalmus, Canticum, Canticum Pſalmi, & Pſalmus Cantici, quid ſint ex S. Hilario.*
7 *Hymni, Pſalmi, & Cantica quid ſint ex S. Hieronymo.*
8 *Pſalmus, & Canticum quid ſint ex Euthymio.*
9 *Pſalmus, Canticum, Canticum Pſalmi, & Pſalmus Cantici, quid ſint ex Iſidoro. Vide ſuprà num. 6. ex S. Hilario.*
10 *Canticum eſt Pſalmo antiquius, & illud à Moyſe, hic à Dauide initium ſumpſit.*
11 *Cantica ſolemus vocare, quæ ſut Prophetarum, & in ſacra Scriptura continentur.*
12 *de Cantico, ſiue Hymno, Te Deum laudamus.*
13 *Cantica B. Virginis, Zachariæ, & Simeonis cur leguntur, & audiuntur rectis ſtantibus, & capite diſcooperto.*
14 *Euangelium cum legitur omnes ſtantes, & non ſedentes eſſe debent.*

EXPLICATIS preparatorijs ad Diuini Officij recitationem, nunc breuiter aliqua dicamus de his, quæ in ipſo Officio continentur.
1 † Et poſt labiorum aperitionem, de qua ſuprà in *Cap. 2. à num. 21.* in primo requiſito ad Diuini Officij recitationem. Et poſt *Pſalm. Venite exultemus Domino*, de quo in Præfatione diximus, ad excitandum eccleſiaſticos ad Horarum Canonicarū recitationem cū gaudio, & exultatione. Hymni occurrunt, de quibus *S. Ambroſ. ſerm. in Pſalm. 118.* exponens illud. *Præuenerunt oculi*
2 *mei ad te diluculo.* † *Quàm iucundum eſt*, ait, *inchoare ab Hymnis, & Canticis, ac Beatitudinibus, quas in Euangelio legis*, &c.

Hymnus, vt dicit *S. Auguſtin. in Pſalm. 148.*
† *Eſt cantus cum laude Dei. Si laudas Deum, & non* 3
cantas, non dicis Hymnum. Si cantas, & non laudas Deum, non dicis Hymnum. Si cantas aliquid, quod non pertinet ad laudem Dei, & ſic canendo laudes, non dicis Hymnum. Hymnus ergo tria iſta habet, & cantum, & laudem, & Dei. Idem repetit in expoſitione *Pſalm. 72.*

Haymo in Cap. 5. Epiſt. ad Epheſ. exponēs illud, *Loquentes vosmetipſis in Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus.* † *Hymnus*, ait, *Græco eloquio, La-* 4
tinè ſonat, laus Dei. Hymnus autem ſi componitur,
& nō cantatur, nō eſt Hymnus. † Quod longè ante 5
di erat Dauid *Pſal. 68. Laudabo Nomen Dei cum Cantico, & magnificabo eum in laude.*

Quia hic vltra Hymnum eſt facta mentio Pſalmorū, & Cantici, de ſingulis breuiter videamus cum *Durante de Ritib. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 16.*

S. Hylarius in Prologo expoſitionis Pſalmorum.
Pſalmus eſt, inquit, † *cum ceſſante voce, pulſus* 6
tantum organi concinnentis exauditur. Canticum verò, cum cantantium Chorus, libertate ſua vtens, neque in conſonum organi adſtrictus obſequium, Hymno canore tantum vocis exultat. Canticum Pſalmi, cū organo præcinente ſubſequens, & æmula organo, vox Chori canentis auditur, modum Pſalterij, modulis vocis imitata. Pſalmus verò Cantici eſt, cum Choro canente, humanæ cantionis Hymno ars organi conſonantis aptatur.

Sanctus. *Hieronymus* paulò aliter *ad Cap. 5.*
Epiſt. ad Ephеſ. † *Quid interſit*, inquit, *inter* 7
Pſalmum, & Hymnum, & Canticum in Pſalterio pleniſſimè diſcimus. Nunc autem breuiter Hymnos eſſe dicendum, qui fortitudinem, & maieſtatem prædicant Dei, & eiuſdem ſemper, vel beneficia, vel facta mirantur; quod omnes Pſalmi continent, quibus Alleluia, vel præponitur, vel ſubiectum eſt. Pſalmi propriè ad Ethicum locum pertinent, vt per organum corporis, quid faciendum, quid vitandum ſic nouerimus. Qui verò de ſuperioribus diſputat, & concentum mundi, omniumquè creaturarum ordinem, atquè concordiam ſubtilis diſputator ediſſerit: iſte ſpirituale Canticum canit, vel certè (vt propter ſimpliciores manifeſtius quod volumus, eloquamur) Pſalmus ad corpus, Canticum refertur ad mentem. Et canere igitur, & pſallere, & laudare Dominum, magis animo, quàm voce debemus. Hoc eſt quippè quod dicitur, Canentes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino.

Euthymius verò breuiùs in præfatione ad Pſal-
mos. † *Pſalmus propriè eſt illud carmen, quod ſimul* 8
cum Pſalterij inſtrumento ſuaui voce profertur. Ode ſeu Canticum, vox quadam eſt muſica, cum harmonia ſolo ore prolata; quamquam impropriè ipſum etiam Canticum ſæpenumero Pſalmus dicatur.

Iſidorus lib. 6. Etymol. cap. 19. notat, † *Canticum* 9
eſſe

Digitized by Google

eſſe vocem cantantis in lætitia. Pſalmum autem
dici, qui cantatur ad Pſalterium. Quo vſum eſſe
Dauid Prophetam, in magno myſterio prodit hiſto-
ria. Cantum Pſalmi eſt, cum id quod organum mo-
dulatur, vox poſtea cantantis eloquitur. Pſalmus
verò Cantici, quod humana vox præloquitur, ars or-
gani modulantis imitatur.
10 Canticum eſt Pſalmo † antiquius, cũ Moyſes
fuerit Auctor Cantici, illiuſquè vſus ad Dauid
tempora perſeuerauit, qui primus omnium cœ-
pit Pſalmos conſcribere.
11 Cantica ſolũ appellamus, † quę ſunt Prophe-
tarum, & in ſacris Scripturis continẽtur, vt Moy-
ſis, Ezechiæ, Zachariæ, Iſaiæ, Trium puerorum,
Annæ, Abacuch, S. Mariæ Virginis, & Simeonis.
Quibus annumeratut Canticum illud. SS. Am-
12 broſij, & Auguſtini, † *Te DEVM laudamus.* quod
licet non teperiatur in ſacris libris veteris, vel
noui Teſtamentì, tamen diuinitus fuit compoſi-
tum. De quo Cantico *S. Dacius Epiſcopus Medio-*
lanenſis in ſuo Chronico lib. 1. cap. 10. ſcribit in
hæc verba. *A B. Ambroſio cunctis fidelibus Vrbis*
aſtantibus, & videntibus, In Nomine Sanctæ, & in-
diuiduæ Trinitatis Auguſtinus baptizatus, & con-
firmatus eſt, in quibus fontibus, prout Spiritus ſan-
ctus dabat eloqui illis, Te Deum laudamus, cantan-
tes cunctis, qui aderant audientibus, & videntibus,
ediderunt, quod ab vniuerſa Eccleſia Catholica
vſquè hodie tenetur, & religioſè decantatur. Hacte-
nus Dacius. Eiuſdem Cantici meminit S. Bene-
dictus *in Regul. cap. 10.*
In Breuiario Romano non ſub titulo Cantici,
13 ſed Hymni inſcribitur, † & quidem optima ra-
tione, quia cum iſta laus fuerit à præfatis Sanctis
Ambroſio, & Auguſtino in honorem Sanctiſſimę
Trinitatis, meritò Hymnus fuit appellatus ex his
quæ ſuprà *num. 3. 4. & 5.* diximus, quod Hymnus
ſit laus Deo cantata.
14 Si quis autem ſcire deſideret, † cur quando
recitantur, vel audiuntur illa tria Cantica, nimi-
rum, B. Virginis, incip. *Magnificat anima mea*
Dominum. quod in Veſperis recitatur. Et Zacha-
riæ, incip. *Benedictus Dominus Deus Iſrael.* quod
dicitur ad Matutinum. Et Simeonis, incip. *Nunc*
dimittis. Quare in his tribus Canticis tàm cle-
rici, quàm laici aſtant recti, & capite diſcooper-
to. Facilis eſt reſponſio, quia quando legitur, vel
auditur Euangelium ita eſt ſtandum, & iſta Can-
tica habentur in Euangelio. Nam illud B. Vir-
ginis habetur *Luc. cap. 1.* vbi etiam habetur Can-
ticum Zachariæ. Simeonis verò *Luc cap. 2.*
15 Quod autem dum † legitur Euangelium, Epi-
ſcopus, & cæteri tàm clerici, quàm laici, non ſe-
dentes, ſed ſtantes, & cum cultu quodam curui
eſſe debent, habetur ex *S. Clemente lib. 2. Conſti-*
tutionum Apoſtolicarum cap. 61. Cum Euangelium
legitur, omnes, inquit, *Presbyteri, Diaconi, & Laici*
aſſurgant cum magno ſilentio. Quod pluribus cõ-
probat *Durant. lib. 2. de ritib. eccleſ. c. 23. à nu. 17.*

De Cantu Eccleſiaſtico.

CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Canendi mos in Eccleſia antiquiſſimus.*
2 *Chriſtianorum orandi mos ex Philone iudeo.*
3 *Chriſtianorum antiquus modus orandi ex Pli-*
nio, & alijs.
7 *Chriſtianorum orandi conſuetudines ex Sancto*
Baſilio.
8 *Canendi mos in Eccleſia ex Metaphraſte.*
9 *Cantandi Pſalmos, & Cantus in Eccleſia ex*
antiqua memoria ex Concilio Antiocheno.
10 *Cantandi Hymnos mos à Monachis ex Chri-*
ſoſtomo.
11 *Cantus Eccleſiaſtici meminit S. Ambroſius, qui*
& Hymnos compoſuit alternatim canendos.
12 *Cantus Eccleſiaſtici pluries mentionem facit*
S. Auguſtinus.
15 *Cantus aut eſt ad delectationem, aut ad deuo-*
tionem, & differentia inter eos.
16 *Ratio diuerſitatis cantus ob delectationem, &*
deuotionem ex S. Auguſt.
17 *Alia ratio ex Auctoris ſententia.*
18 *Cõfirmatur ratio Auctoris ex ſimilitudine pomi.*
19 *Confirmatur ex S. Auguſtino ex ſimilitudine*
eius qui ſcit, & eius qui legere ignorat.
20 *Miracula Chriſtus non faciebat ſolum vt mi-*
racula, ſed in eis factum, & intellectum aſſe-
qui debemus.
21 *Canticis Eccleſiaſticis præſentes, licet non in-*
telligant, quæ cantantur, ſufficit ad excitan-
dam deuotionem, quod intelligant cantari
ad Dei laudem, quod dicitur ad conſolatio-
nem ignorantium, & etiam literatorum.
23 *Cantiones Antiquorum Chriſtianorum lauda-*
tiſſima.
24 *Hymnus glorificationis etiam à ruſticis decan-*
tari ſolitus ex S. Baſilio.
25 *Chriſtianorum antiquorum laudabilis conſue-*
tudo loco amatoriarum cantionum ex Pſalmis
aliquid canebant.
26 *Chriſtiani antiqui etiam paruulos docebant, vt*
Alleluia prima voce promerent, & patet ex
S. Hieronymo.
27 *Cantica, & Carmina animam erigunt, cum*
valde ipſis delectetur, vt patet in infantibus,
quos nutrices canticis conſolantur, in Viato-
ribus, Agricolis, Nautis, & Mulieribus ex
S. Chriſoſt.

33 *Pſalmos Deus conſtruxit, vt ex eorum cantu delectatio ſimul, & vtilitas caperetur, contrà laſciua carmina à Dæmonibus inuenta.*
34 *Cantica Eccleſiaſtica non profana docendi ſunt vxores & filij, & hoc præſertim in menſa.*
35 *in Romana Vrbe ad exemplum aliorum vigere maximè deberent mores laudabiles.*
36 *Cantus eccleſiaſticus quid ſignificet.*

CANTVS cum ad Hymnum ſit neceſſarius, vt ex præcedenti Capite apparet, hac ſumpta occaſione ante Hymnorum cantum,
1 aliquid dicemus de Cantu Eccleſiaſtico. † De quo licet irrideant Hæretici Catholicorum morem, & alternatim verſus in Choro decantãtes, ſubſannent, ab initio tamen naſcentis Eccleſiæ, ſic huiuſmodi morem ſumpſiſſe initium, liquidò demonſtrari poteſt.

Ita Philo Iudeus in libro de Vita contemplatiua. Dum deſcribit Aegyptiorum Monachorum vitam, & conuerſationem, prout etiam *Niceph.*
2 *lib. Hiſtor. eccleſiaſt. cap. 16.* † *Non ſolum autem*, ait Philo, *contemplationi vacant, ſed alternatim nouos etiam Hymnos, Carmina, & Laudes ad Deum omni genere grauiorum numerorum, atquè rithmorum cõponunt, ſolitiquè ſunt inter eos cantari Hymni; ita vt cum vnus certis conſeruatis numeris ritè, atquè decenter præeat, reliqui tacitè illum audientes, Hymnorum tãdem extremas partes cõcinnantes.*

Plinius ille ethnicus dum eſſet Proconſul in Aſia ſub Traiano *lib. 10. Epiſtolarum, in Epiſt. 67. ad Traianum*, quæ ſic incipit, *Solemne eſt*, &c.
3 † De Chriſtianis ſui temporis refert, Chriſtianos ſolitos eſſe ſtato die ante lucem conuenire, Carmenquè Chriſto quaſi Deo, dicere ſecum inuicem, ſequè Sacramento non in ſcelus aliquod obſtringere.

4 Plinium laudant † Tertullianus in Apolog. aduerſus Gentes *cap. 2. Euſeb. lib. 3. cap. 32. Hieron. in Addit. ad Euſeb. Chronic. Niceph. lib. 3. c. 17.* &
5 *Tertull. lib. 2. ad Vxorem.* † *Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabit? & ad fin. Sonãt inter duos Pſalmi, & Hymni, & mutuò prouocant quis melius Deo ſuo cantet.*

B. Hippolytus in Oratione de conſummatione Mundi, enarrans miſerias, erumnas, & calami-
6 tates futuras Antichriſti tempore. † *In diebus illis*, inquit, *Pſalmorum decantatio ceſſabit*, &c. cum alijs multis adductis à *Durante lib. 3. c. 21. nu. 2.*

7 S. Baſilius Magnus *Epiſt. 65.* † *Conſuetudines*, inquit, *obtinentes nunc in omnibus Eccleſijs concinnæ ſunt, ac conſonæ. Ex nocte enim conſurgit omnis populus ad domum orationis, & in labore, ac tribulatione, & aſſiduis lacrymis confitentes Deo, poſtremò ſurgentes ab orationibus ad pſallendum perueniunt, & nunc bifariam diuiſi alterna viciſſitudine inter ſe pſallunt.* Et paulò poſt. *Deinde vni permittentes auſpicare cantum, reliqui ſubſannant, & ſic in Pſalmodię varietate noctem ſufferentes precibus intermixtis.*

Metaphraſtes in Vita Theodoſij Cœnobiar-
chæ. † *Quis*, inquit, *cum ea quæ hic fiunt Hymnodia non demulcent quidem auribus, lætatur autem animo, corde verò vehementer exilit, promptoquè & alacri animo labia mouet ad laudandum eum, qui fecit, quod diuerſis quidem linguis, vna autem mẽte, & ſententia, cantantur piè, ac religioſè. Quomodo enim in lyra, ea quæ fit viciſſim pulſatione contemperatur diuerſitas vocum numero admirabili. Ita etiam hic quoquè diuerſis linguis quidam varius, & valdè concinnus cantatur Hymnus.* 8

Concilium Antiochenum contra Paulum Samoſatenũ, in Epiſtola, quam huius Cõcilij Patres miſerunt ad Dionyſium Papam Primum, & Maximum Epiſcopum Alexandrinum. † *Quid vobis*,
aiunt, *in memoriam reuocemus Pſalmos, & Cantus,* 9
qui ad Domini Noſtri IESV Chriſti honorem decantari ſolent tamquàm recentiores memoria, & à viris recentioris memoriæ editos exploſerint, & in media Eccleſia ſolemni Paſchatis die, mulieres, quæ inanes cantilenas, (quas ſi quiſpiam audiret, planè exhorreſceret) in ipſius laudem funderent, pararit.

S. Ioannes Chriſoſtom. Homil. in Pſalm. ſuper illud *Pſalm. 95. Cantate Domino Canticum nouum.* Et *Homil. 59.* ad Populum Antiochenũ, loquens
de Vita Monachorum. † *Mox*, inquit, *ſtatim ſur-* 10
gentes ſtant Hymnos cantantes propheticos multa cum vocis conſonantia, cum aptè compoſitis concentibus. Nequè cithara, nequè fiſtula, nec vllum aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem, qualem audire licet in profunda quiete, & ſolitudine Sanctis cantantibus illis.

S. Ambroſius huius † cantus facit mentionem 11
in Præfatione in Pſalmos. & *Serm. 7. in Pſal. 118.* ſuper illud. *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Quæ enim*, ait, *benè tenemus, cantare conſueuimus, & quæ melius cantantur, melius noſtris adhærent ſenſibus. Non enim perfunctoriè tranſeamus, quæ legimus*, &c. Hinc idem *Ambroſ.* Hymnos compoſuit alternatim cantandos vt poſt *S. Auguſt. lib. 9. Confeſ. cap. 7.* dicit *S. Thom. 2. 2. quæſt. 91. art. 2. in corpor.*

S. Auguſtinus in multis locis facit mentionem
Cantus Eccleſiaſtici, † & ſpecialiter *d. lib. 9. Con-* 12
feſ. cap. 6. Quantum, inquit, *fleui in Hymnis, & Canticis tuis, ſuauè ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus. Voces illæ influebant in auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & æſtuabat inde affectio pietatis, & currebant lacrymæ, & benè mihi erat cum eis.* Et Cap. 7. *Et tamen tunc cum*

ita

Digitized by Google

ita fragraret odor vnguentorum tuorum, non currebamus poſt te. Et ideo plus flebam inter Cantica Hymnorum tuorum olim ſuſpirans tibi, & tandem reſpirans, quantum patet aura in domo fœnea. Idem *lib.10. cap.33. Aliquando autem hanc ipſam fallaciam immoderatius cauens pro nimia ſeueritate, ſed valdè interdum, vt melos omne cantilenarum ſuauium, quibus Dauidicum Pſalterium frequentatur ab auribus meis remoueri velim, atquè ipſius Eccleſiæ; tutiusq́; mihi videtur, quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio, ſæpè mihi dictum fuit, commemini, qui tàm modico flexu vocis faciebat ſonare lectorẽ Pſalmi, vt pronuncianti vicinior eſſet, quàm canẽti. Verumtamen cũ reminiſcor lacrymas meas, quas fudi ad Cantus Eccleſiæ tuæ, in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſe commoueor, non cantu, ſed rebus, quæ cantantur cum liquida voce, & conueniẽtiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco*, &c.

13 Et idem S. Auguſtin. in ſua Regul. † *Non cantetis*, inquit, *niſi quod legitis eſſe cantandum, quod autem ſcriptũ eſt, vt non cantetur, non cãtetur*, &c.

Et idem Auguſt. contra Hilarium quendam
14 Tribunitium, † qui Cantum Eccleſiaſticum impugnabat librum ſcripſit, qui non extat, & eius etiam meminit in *lib.2.* retractationum *Cap.11. ex Durant. d. lib.2. c.21 nu.8.* Vbi de impugnantibus Cantum Eccleſiaſticum quorum ibi argumenta ſoluuntur.

Vnum autem hoc loco non videtur omittendum cum *S. Thom. 2.2. quæſt.91. art.2. in reſponſ.*
15 *ad 5.* † Quod per cantum quo quis ad delectationem vtitur, abſtrahitur animus à conſideratione eorum, quæ cantantur, ſed ſi aliquis cantat propter deuotionem attentius conſiderat, quæ dicuntur. Et reddit rationem ibi *S. Thom.* quia diutius moratur ſuper eodem, tum quia vt dixit *Au-*
16 *guſtin. lib.10. Confeſſ. d. cap.33.* † Omnes affectus ſpiritus noſtri pro ſua diuerſitate habẽt proprios modos in voce, atquè cantu, quorum occulta familiaritate excitantur.

17 Alia etiam ratio aſſignari poteſt, † quia cantus quando eſt propter delectationem, tunc animus vltrà vocis melodiã nihil aliud conſiderat, quando verò Cantus eſt propter deuotionem, tunc animus non quieſcit in voce, ſed tranſgreditur ad intellectum earum rerum, quæ cantantur, & ad ipſum Deum, vt diximus ſuprà de triplici attentione in *Cap.2. nu.95.* & magis ad effectum
18 pietatis aſſurgit, † ad ſimilitudinem eius, qui in pomo non ſolum externa delectatur pulchritudine, ſed eius bonitate, per guſtum potitur, non
19 perſiſtendo in corticis decore. † Et hoc eſt, quod in eodem ſenſu in alia ſimilitudine dixit idem *S. Auguſt. ſerm.44. de Verbis Domini. Nequè enim, ait, miracula propter miracula faciebat* (loquitur autem de Chriſto) *ſed vt illa, quæ faciebat miracula, eſſent videntibus, vera eſſent intelligẽtibus. Quemadmodum qui videt literas in codice optimè ſcripto, & non nouit legere, laudat quidem antiquarij manum admirãs apicum pulchritudinem, ſed quid ſibi velint, quid indicent illi apices, neſcit, & eſt oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem, & laudat artificium, & capit intellectum, ille vtiquè, qui non ſolum videre, quod commune eſt omnibus, poteſt, ſed etiam legere, quod qui non didicit, non poteſt. Ita qui viderunt Chriſti miracula, & non intellexerunt, quid ſibi vellent, & quid intelligentibus, quid quodammodo innuerent, mirati ſunt tantum,*
quia facta ſunt. † *Alij verò, & facta mirati, &* 20
intellectum aſſecuti. Tales nos in Schola Chriſti eſſe debemus. Hucuſquè S. Auguſt. quæ optimè noſtræ propoſitioni quadrare videntur, vt cantum, & ea, quæ cãtantur intelligamus, & benè faciunt illa extrema verba, quod *Tales nos in Schola Chriſti eſſe debemus.* Quod etiam notauimus ſuprà *in Proœmio num.16.*

Concordat *S. Gregor. Papa Homil.2. in Euang. in princ.* ibi, *Miracula Domini, & Saluatoris noſtri ſic accipienda ſunt, fratres mei, vt & in veritate credantur facta, & tamen per ſignificationem aliud nobis innuant. Opera quippè eius, & per potentiam aliud nobis oſtendunt, & per myſterium aliud loquuntur.*

Nec prætermittendum eſt, quod S. Thom. ibid. dicit, in fine, ad conſolationem eorum, qui diuinarum laudum Cantibus interſunt, & aliquando non intelligunt, quæ cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur, ad laudem,
ſcilicet Dei. † Et ſubiungit dignam S. Thomæ 21
ſententiam, quod hoc ſufficit ad deuotionem excitandam. Ratio eſt, vt ſuprà diximus, quia tales non ſiſtunt gradum in cantu exteriori, ſed vlterius, licet non intelligant verba, intelligunt
tamen quod Dei laudes cantãtur. † Et iſta Con- 22
cluſio fauet non ſolum ruſticis, & ignorantibus; ſed etiam peritis, & intelligentibus quando non exaudiunt verba, quæ cantantur.

Alia multa cumulat *Card. Baron. Annal. Eccleſ. Tom.1. Ann.60. à num.24. §. Iam quod ſupereſt. vſquè ad num.40.* de Canticis, & muſicis inſtrumentis in Eccleſia publicè adhiberi ſolitis, qui
nu.38. & 39. Laudatiſſimam † adducit antiquo- 23
rum Chriſtianorum conſuetudinem, qui in priuatis Canticis animi cauſa concinni ſolitis, nequaquàm amatorias cãtiones vulgò communes, ſed dignas Chriſto Domino laudes canebãt, quam cum dictus Baronius non prætermittendam in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis iudicauerit, nequè nos eam omittemus.

Anti-

33 *Pſalmos Deus conſtruxit, vt ex eorum cantu delectatio ſimul, & vtilitas caperetur, contrà laſciua carmina à Dæmonibus inuenta.*
34 *Cantica Eccleſiaſtica non profana docendi ſunt vxores & filij, & hoc præſertim in menſa.*
35 *in Romana Vrbe ad exemplum aliorum vigere maximè deberent mores laudabiles.*
36 *Cantus eccleſiaſticus quid ſignificet.*

CANTVS cum ad Hymnum ſit neceſſarius, vt ex præcedenti Capite apparet,
hac ſumpta occaſione ante Hymnorum cantum,
1 aliquid dicemus de Cantu Eccleſiaſtico. † De
quo licet irrideant Hæretici Catholicorum morem, & alternatim verſus in Choro decantãtes, ſubſannent, ab initio tamen naſcentis Eccleſiæ, ſic huiuſmodi morem ſumpſiſſe initium, liquidò demonſtrari poteſt.

Ita Philo Iudeus in libro de Vita contemplatiua. Dum deſcribit Aegyptiorum Monachorum vitam, & conuerſationem, prout etiam *Niceph.*
2 *lib. Hiſtor. eccleſiaſt. cap.* 16. †*Non ſolum autem*, ait
Philo, *contemplationi vacant, ſed alternatim nouos etiam Hymnos, Carmina, & Laudes ad Deum omni genere grauiorum numerorum, atquè rithmorum cõponunt, ſolitiquè ſunt inter eos cantari Hymni; ita vt cum vnus certis conſeruatis numeris ritè, atquè decenter præeat, reliqui tacitè illum audientes, Hymnorum tãdem extremas partes cõcinnantes.*

Plinius ille ethnicus dum eſſet Proconſul in Aſia ſub Traiano *lib.* 10. *Epiſtolarum, in Epiſt.* 67. *ad Traianum*, quæ ſic incipit, *Solemne eſt*, &c.
3 † De Chriſtianis ſui temporis refert, Chriſtianos ſolitos eſſe ſtato die ante lucem conuenire, Carmenquè Chriſto quaſi Deo, dicere ſecum inuicem, ſequè Sacramento non in ſcelus aliquod obſtringere.
4 Plinium laudant † Tertullianus in Apolog. aduerſus Gentes *cap.* 2. *Euſeb. lib.* 3. *cap.* 32. *Hieron. in Addit. ad Euſeb. Chronic. Niceph. lib.* 3. *c.* 17. &
5 *Tertull. lib.* 2. *ad Vxorem.* † *Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabit? & ad fin. Sonãt inter duos Pſalmi, & Hymni, & mutuò prouocant quis melius Deo ſuo cantet.*

B. Hippolytus in Oratione de conſummatione Mundi, enarrans miſerias, erumnas, & calami-
6 tates futuras Antichriſti tempore. † *In diebus illis*, inquit, *Pſalmorum decantatio ceſſabit*, &c. cum alijs multis adductis à *Durante lib.* 3. *c.* 21. *nu.* 2.
7 S. Baſilius Magnus *Epiſt.* 65. † *Conſuetudines*, inquit, *obtinentes nunc in omnibus Eccleſijs concinnæ ſunt, ac conſonæ. Ex nocte enim conſurgit omnis populus ad domum orationis, & in labore, ac tribulatione, & aſſiduis lacrymis confitentes Deo, poſtremò ſurgentes ab orationibus ad pſallendum perueniunt, & nunc biſariam diuiſi alterna viciſſitudine inter ſe pſallunt.* Et paulò poſt. *Deinde vni permittentes auſpicare cantum, reliqui ſubſannant, & ſic in Pſalmodię varietate noctem ſufferentes precibus intermixtis.*

Metaphraſtes in Vita Theodoſij Cœnobiar-
chæ. † *Quis*, inquit, *cum ea quæ hic fiunt Hymno-* 8
diæ non demulcent quidem auribus, lætatur autem animo, corde verò vehementer exilit, promptoquè & alacri animo labia mouet ad laudandum eum, qui fecit, quod diuerſis quidem linguis, vna autem mẽte, & ſententia, cantantur piè, ac religioſè. Quomodo enim in lyra, ea quæ fit viciſſim pulſatione contemperatur diuerſitas vocum numero admirabili. Ita etiam hic quoquè diuerſis linguis quidam varius, & valdè concinnus cantatur Hymnus.

Concilium Antiochenum contra Paulum Samoſatenũ, in Epiſtola, quam huius Cõcilij Patres miſerunt ad Dionyſium Papam Primum, & Maximum Epiſcopum Alexandrinum. † *Quid vobis*,
aiunt, *in memoriam reuocemus Pſalmos, & Cantus,* 9
qui ad Domini Noſtri IESV Chriſti honorem decantari ſolent tamquàm recentiores memoriæ, & à viris recentioris memoriæ editos exploſerint, & in media Eccleſia ſolemni Paſchatis die, mulieres, quæ inanes cantilenas, (quas ſi quiſpiam audiret, planè exhorreſceret) in ipſius laudem funderent, pararit.

S. Ioannes Chriſoſtom. Homil. in Pſalm. ſuper illud *Pſalm.* 95. *Cantate Domino Canticum nouum.* Et *Homil.* 59. ad Populum Antiochenũ, loquens
de Vita Monachorum. † *Mox*, inquit, *ſtatim ſur-* 10
gentes ſtant Hymnos cantantes propheticos multa cum vocis conſonantia, cum aptè compoſitis concentibus. Nequè cithara, nequè fiſtula, nec vllum aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem, qualem audire licet in profunda quiete, & ſolitudine Sanctis cantantibus illis.

S. Ambroſius huius † cantus facit mentionem 11
in Præfatione in Pſalmos. *& Serm.* 7. *in Pſal.* 118. ſuper illud. *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Quæ enim*, ait, *benè tenemus, cantare conſueuimus, & quæ melius cantantur, melius noſtris adhærent ſenſibus. Non enim perfunctoriè tranſeamus, quæ legimus*, &c. Hinc idem *Ambroſ.* Hymnos compoſuit alternatim cantandos vt poſt *S. Auguſt. lib.* 9. *Confeſſ. cap.* 7. dicit *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 91 *art.* 2. *in corpor.*

S. Auguſtinus in multis locis facit mentionem
Cantus Eccleſiaſtici, † & ſpecialiter *d. lib.* 9. *Con-* 12
feſſ. cap. 6. *Quantum*, inquit, *fleui in Hymnis, & Canticis tuis, ſuauè ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus. Voces illæ influebant in auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & æſtuabat inde affectio pietatis, & currebant lacrymæ, & benè mihi erat cum eis.* Et Cap. 7. *Et tamen tunc cum*

ita

Digitized by Google

Concilium Aquiſgran. Primum ſub Carolo Magno *cap.* 133. Vbi dicit, † quod Cantores non 7
ſuperbè, ſed humiliter Dei laudes ita canere debent, vt ſuauitate lectionis, ac melodiæ, & doctos demulceant, & minus doctos erudiant, pluſquè velint in lectione, vel cantu populi ædificationem, quàm popularem, vaniſſimamquè adulationem.

Et *Cap.* 137. multa dicuntur de Cantorum peritia, & qualiter Pſalmi cantandi. † Et quod à vi- 8
tijs abſtinere debent, & donum ſibi à Deo datũ humilitate, caſtitate, ſobrietate, & cæteris ſanctarum virtutum ornamentis exornent. Vt fuſiùs habetur apud *Creſpet. in verb. Cantor.*

Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 22. in Decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ. *Ab Eccleſijs verò*, inquit, † *muſicas eas,* 9
vbi ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, ſiue impurum aliquid miſcetur. Item ſeculares omnes actiones, vana, atquè adeò prophana colloquia, de ambulationes pariter clamores arceant, vt domus Dei, verè domus orationis eſſe videatur, ac dici poſſit.

S. Carolus Borromæus cuius memoria in Benedictione eſt, quem audiuimus, & oculis noſtris perſpeximus, † & ex eius manibus Sacroſanctum 10
Euchariſtiæ Sacramentum, licet indignè, ſuſcepimus de Anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio.

Hic, inquam, Glorioſus S. Carolus in Synodo Mediolanenſi ſub eo celebrata de anno 1565 *in cap. De Muſica, & Cantoribus.* hæc habet. † *Quod* 11
cantus, & ſoni graues ſint, pij, ac diſtincti, & domui Dei, ac diuinis Laudibus accommodati, vt ſimul, & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.

Verum hodie in Laudibus, & precibus Eccleſiarum, excepto Sacello Pontificio, † nihil aliud, 12
quàm ſimplices audiuntur vocales cum organis, alijſquè muſicis inſtrumentis confuſæ, ita vt tantum vocum, & inſtrumentorũ ſonus, & bombus percipiatur, vt Campanarũ tintinni, & bombardarum ſonitus, & ſolum verba intelliguntur quando ſoli, vel bini concinnunt.

Cantorum verò, quæ ſint qualitates, ſine tamen eorum præiudicio, prout multi exiſtunt, quorum vita, & mores magnam redolent cum pietate integritatem, & deuotionem, communiter

nitcr verò quid de eis ditendum ſit, auditor eſſe
volo ejus quod dicit *Steph. Durant. lib. 3. cap. 21.*
13 *num. 11.* Vbi ſic habet. † *Verum hodie, dolenter refero, in Eccleſijs muſici, qui Cantorum vice funguntur, hodie, dolenter refero, in Eccleſijs muſici, qui Cantorum vice funguntur, hominum omnium diſſolutiſſimi; adeò vt Adagium populo dederint, Muſicè viuere, hoc eſt, diſſolutè & effeminatè, quos è choro deijci optabat Lindanus lib. 4. Parapolia. cap. 78.*
14 *Optabat itē in Eccleſijs Cathedralibus eligi* † *Cantores Pſalmorum intelligentes, & Deum vita ſimul, & voce moderata potius, quàm incondito garritu laudantes.*

Addit ibidem Durãtes, quod Muſſus Epiſco-
15 pus Bitontinus Sermone de Pſalmodia, † monebat Cantores, ſiue Muſicos, quoties muſæum aſcendũt, Orationem præmittere ad Dominum, vt illud placeat cordi, quod canit ore, ne Deus indignatus dicat illis, *Quare cantatis iuſtitias meas, & aſſumitis verba mea per ora veſtra.*

Obſeruandum eſt ètiam, quod olim Cantores
16 † more Læuitarum, quęrebãt ad ſontem aquam, eamquè mundam offerre conſueuerant, ne Cantores penitus extorres eſſent à ſacrifitio, eamq. offerebant Archiparaphoniſtæ, vt in Ordine Romano. *Deinde*, inquit, *deſcendit Subdiaconus ſequens in Schola, accipit fontem de manu Antiparaphoniſtæ, & defert ad Archidiaconum, Antiparaphoniſta verò dicitur quartus Scholæ, qui Pontifici de Cantoribus, cum quid opus erat, nunciabat.* Ita *Durant. lib. 2. cap. 26. nu. 11. ex Alcuin. de diuin. Offic. cap. quid ſignificent veſtim. & ex Amalar. Fortun. lib. 3. de Eccleſiaſt. offic. c. 19. & ex Onuphr. in libell. Ordin. Romani. in interpretat. vocum obſcur. Eccleſiaſt.*

De Hymnorum Auctoribus.

CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Hymnorum Auctores quare hoc loco ponantur.*
2 *Hymni non ſunt improbandi licet non inueniantur in libris ſacræ Scripturæ, neque ex Apoſtolica traditione, ita Conciliũ Toletanũ.*
3 *ex Hymnorum Auctoribus cognitis excitatur deuotio in eorum recitatione.*
4 *Hymni quorum Auctores inquirimus.*
5 *Hymni glorificationis, ideſt, Gloria Patri, &c. quis fuerit Auctor.*
6 *Gloria Patri, &c. iſte Hymnus glorificationis non fuit inuentus à Concilio Niceno.*
7 *S. Hieronymi Epiſtola ad Damaſum ſuper Gloria Patri, &c. quod ponatur in fine Pſalmorum, expenditur.*
8 *Alia reſponſio ad dictã Epiſtolam S. Hieronymi.*
9 *Epiſtola S. Hieronymi, ſiue decretum Papæ Damaſi exponitur ex recognitione Breuiarij Romani.*
10 *Hymnus Gloria Patri, &c. de quo Concilium Vaſenſe non eſt Secundũ, ſed Primũ, vt n. 11.*
12 *Hymnum Gloria Patri, &c. qui corrumpebant reprobantur à Vigilio Primo.*
13 *Hymnus Gloria Patri, non eſt explodendus ex albo Hymnorum ex Concilio Toletano.*
14 *Hymnus Gloria Patri, cum dicitur omnes debent aſſurgere.*
15 *Hymnũ Sanctus, Sanctus, Sanctus, ante ſacrificij oblationem decantandum inſtituit Sixtus Primus.*
16 *de Hymno Sanctus, &c. Concilium Vaſenſe.*
17 *Hymnus Sanctus Deus, &c. auditus ab Angelis decantari referente puero in aëra ſublato.*
18 *Hiſtoria terremotus Conſtantinopolitani tempore Theodoſij Iunioris.*
19 *Proclus Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Theodoſius Iunior Imperator tempore terremotus Conſtantinopolitani ſupplicationes diſcalceati celebrarunt.*
20 *Triſagio Crucem addebat Petrus Antiochenus, quæ eſt impia blaſphemia.*
21 *Petrus Antiochenus idem qui Petrus Graphens ex Creſpetio.*
22 *Hymnus Gloria in excelſis Deo, eſt Angelicus.*
23 *Hymnus, Gloria in excelſis Deo, detecto capite decantari iuſſit Concil. Auguſtenſe.*
24 *Hymnum, Gloria, laus & honor, &c. compoſuit in carcere Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus.*
25 *Hymni, Kyrie eleiſon, mentio primò fit in Concilio Vaſenſi Secundo.*
26 *in Funeribus non debent cantari carmina diabolica, eaquè interdicuntur in Concilio Arelatenſi, ſed debet cantari Kyrie eleiſon.*
27 *Gregorius Magnus Ioannem Epiſcopum Syracuſanum redarguit, quod Alleluia, & Kyrie eleiſon in Miſſa non more Romano, ſed more Græcorum decantari iuſſiſſet.*
28 *Alleluia Hebraicè, Latinè ſignificat laudem Dei, ſiue, Laudate Deũ, ex Dionyſ. Areopagita.*
29 *Alleluia ſignificat collaudate coniunctè, Oſanna verò magnitudo excellẽs, ex Iuſtino Martyre.*
30 *Alleluia, quando decantandum.*
31 *Alleluia Damaſum Papam per Hieronymum accepiſſe vt Romana Eccleſia continueret, ex Gregorio quomodo id intelligatur.*
32 *Alleluia antiqua traditione ab Eccleſia Catholica toto Orbe diffuſa cantari ſolitum tradidit S. Auguſtin.*
33 *Alleluia decantari frequens erat in Eccleſiæ vſus, etiam in funere Defunctorum.*

34 Alle-

Digitized by Google

34 *Alleluia extrà Eccleſiam decantandi frequentiſſimus vſus.*
35 *S. Damaſi Epitaphium, quod ſibi edidit ipſe.*
36 *Hymnorum Latinorum Auctores.*
37 *Hymnos Pſeudoeccleſiaſticos etiam Hæretici compoſuerunt.*
38 *Hymnorum auctores tàm hæretici, quàm Catholici ex Baronio.*
39 *T. Liuius à S. Hieronymo laudatur.*

RESTAT vltimo loco circa Hymnos, vt
videamus qui fuerint Hymnorum Aucto-
res. Et licet quoad Hymnos Breuiarij, & Miſſa-
1 lis, † iſta inquiſitio videatur ſuperflua, cum ſtante
auctoritate Summotum Pontificum, prout in
eorum literis Apoſtolicis Pij V. Clementis VIII.
& VRBANI VIII. impreſſis in principio Breuiarij,
& Miſſalis præcipientium officia eccleſiaſtica
celebranda eſſe, vt in dicto Breuiario, & Miſſas,
vt in Miſſali habentur, non ſit curandum à qui-
bus fuerint compoſiti.

Vndè meritò Concilium Toletanum Quartũ
allegatur à *Gratiano de conſecrat. diſt.* 1. *cap. de
Hymnis canendis*. Indignatur contrà quoſdam,
2 † qui Hymnos improbant, pro eo quod de Scri-
pturis ſacrorum Canonum, vel Apoſtolica tra-
ditione non exiſtant. Et præcipit, quod ſicut
Apoſtolus admonet, & hortatur in Eccleſia fieri
obſecrationes, poſtulationes, & gratiarũ actio-
nes pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro
omnibus, qui in ſublimitate ſunt. Ita etiam ſub-
dit, Hymnos ad laudem Dei compoſitos, quod
nullus vlterius improbet; Et quòd aliàs ſequere-
tur, quod nec Hymnus, *Gloria Patri*, &c. qui ab
hominibus cõpoſitus eſt, vt nos ſtatim dicemus.
Nequè Hymnus, *Gloria in excelſis Deo*, &c. qui
ab Angelis inchoatus Chriſto in carne nato, &
ab hominibus abſolutus, nõ eſſent cantãdi quia
in ſanctarum Scripturarũ libris non inueniuntur.

3 Quia tamen ex cognitione † Auctorum, qui
compoſuerunt Hymnos, præſertim Sanctorum;
& etiã aliorum Doctorum, non parum excitatur
deuotio in ipſorũ recitatione. Ideò non grauabi-
mur nonnullos recenſere in quibuſdam Hymnis
particularibus, & quotidianis, ne hanc partem
omnino intactam pertranſire videamur, citando
etiam Doctores, qui diuerſorum Hymnorum
Auctores enumerant.

Præmittimus autem, quod S.D.N. VRBANVS
PAPA VIII. Hymnos Breuiarij Romani, ea qua
pollet doctrina, non ſolũ emendauit, conſeruata
ſemper, illibataq. rerum ſententia, verba ſolum,
ſyllabasq. mutando, vt ſunt eius verba ad Sacrã
Rituum Congregationẽ, ſed etiam quod maximi
eſt exempli, & modeſtiam eius demonſtrat, ſub
approbatione Sac. Congregat. Rituum edidit.

HYMNI

Autem quorum Auctores inquiremus ſunt infraſcripti. 4

1 *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, &c.
2 *Sanctus, Sanctus, Sanctus.*
3 *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis Miſerere nobis.*
4 *Gloria in excelſis Deo*, &c.
5 *Gloria laus, & Honor tibi ſit Chriſte Redemptor.*
6 *Kyrie eleiſon.*
7 *Alleluia.*

GLORIA PATRI, ET FILIO, ET SPIRITVI SANCTO.

QVIA cum renaſcimur in principio baptizamur omnes fideles Chriſtiani, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ideò etiam in principio aliquid dicamus de Hymno Gloria Patri, &c.

Hymnus iſte Glorificationis, ſic à maioribus
dictus, † non eſt inuẽtus, vt aliqui putant, à Con- 5
cilio Niceno, ſed ab ipſis Apoſtolorum tempori-
bus, Fideles enim, cum, vt diximus, baptizaren-
tur in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,
eaſdem tres perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis, eiuſ-
modi Hymno conglorificare cœperunt. Quod
Cardin. Baronius Annal. Eccleſ. Tom. 3. Ann. 325.
nu. 174. *verſ. ſed vt hac*. probat poſt *S. Baſil. de
Spiritu ſancto. c. 7. ad Amphilochiũ*. Vbi ſic habet.
*Proinde quod à maioribus noſtris dictum eſt, & nos
dicamus. Gloriam eſſe communem Patri cum Filio,
qua propter, & Glorificationis hymnos Patri ſimul
cum Filio offerimus.*

Et addit Baron. Sed & cœptam eſſe in Eccleſia Dei huiuſmodi Glorificationem ex eo tempore, quo promulgatum eſt Euangelium, & cum ſacrum Baptiſmum ab eiſdem iuſſu Domini, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti collatum, à Fidelibus occini cœptam, & abſquè ſcripto Fidelibus traditam: quod pluribus ibidem docet Baſilius, eamdemquè pronunciãdam eſſe, vt à Domino accepit Eccleſia cum copula **ET**, non per dictionem **CVM**.

Et ſicut Glorificatio nõ habuit ortum à Con-
cilio Niceno, † ita nequè ab eo fuiſſe ſtatutum, 6
vt poneretur in fine cuiuſquè Pſalmi. Vbi pluri-
bus ibi comprobat *Baronius nu.* 175. ea potiſſi-
mum ratione, quia ſi ita Magna Synodus ſtatuiſ-
ſet, vniformem regulam (ſicut in cæteris) Eccle-
ſijs omnibus præſcripſiſſet, à qua nullus vmquàm
deuiare, vel latum vnguem præterire aliquando
præſumpſiſſet, quæ difformitas ibi oſtenditur ex
Caſſiano lib. 2. cap. 7. Vbi ſic habet. *Illud etiam
(quod in hac prouincia videmus) vt vno cantante
in clauſula Pſalmi, omnes aſtantes concinnebant
cum clamore, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
ſancto,*

ſancto, nuſquàm per Orientem audiuimus: ſed cum
omnium ſilentio, ab eo qui cantat, finito Pſalmo ora-
tionem ſuccedere; hac verò Glorificatione Trinita-
tis tantummodo ſolere Antiphonam terminari. Hæc
Caſsianus.

Ex quibus ſubiungit Baronius, ſicut ex multis
7 alijs, † cõmentitiam dicit, detegi Epiſtolam illam
Hieronymi nomine ad Damaſum conſignatam,
quæ meritò ab erud tis, Hieronymi res accura-
tius expendentes, vt adulterina iure exploditur,
quæ habetur *Tom. 1. Concil.* in rebus Damaſi, quę
ſic habet. *Precatur ergo cliens tuus, vt vox illa*
pſallentium in ſede tua Romana, die noctuquè cana-
tur, & in fine Pſalmi cuiuſlibet ſiue matutinis, ſiue
veſpertinis horis coniungi praecipiat Apoſtolatus tui
ordo, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut
erat in principio, &c. Si enim in Oriente nuſquàm
ſe audiuiſſe, inquit Caſſianus, vt in fine Pſalmi
diceretur *Gloria Patri*, &c. quomodo ex Orientis
more, de eiuſmodi pſallendi Hieronymus potuit
Damaſum monuiſſe, cum anteà tàm in Occiden-
tali Eccleſia, quàm in Orientali, eiuſcemodi pſal-
8 lendi vſum viguiſſe, idem affirmet? † Qui tamen
eidem Epiſtolæ fidem adhibuerunt, ex S. Hiero-
nymi monitu, id ſancitum à Damaſo exiſtimarũt,
ita Baronius, qui *Tom. 4. Ann. 384. fol.* 500. poſt
princip. eamdem Epiſtolam S. Hieronymi dicit
haberi apocripham.

Iſta ſecunda Reſponſio ad Epiſtolam S. Hiero-
9 nymi ſatis confirmari videtur ex † Breuiarij re-
cognitione, quod primò ex decreto Sacri Con-
cilij Tridentini, & Pij V. Pontif. Max. iuſſu fuit
editum, poſtea Clementis Octaui, & deniquè
VRBANI VIII. Summorum Pontificum au toori-
tate recognitum. In quo non poteſt dici, quod
iſti Pontifices, quæ in Breuiario iam extabant, de
nouo ea fecerint, ſed ſolum ea firmarunt, quę ve-
rò antiquata, vel ſuperaddita ſunt, illa ab ipſis fa-
cta, vel de nouo aucta dici poſſunt, vt de dicta
Glorificatione non à Damaſo inuenta, ſed iam
longo vſu ſeruata, vt dictum eſt, ab eo Hierony-
mi monitu iuxtà ſeruatum morem ſancita, &
ſcriptis mandata.

Ex qua ſecunda reſponſione, interpretari po-
teſt, quod dicit *Creſpetius in ſua Summa in dicto*
Hymno, Gloria Patri, &c. Vbi habet hunc verſum
fuiſſe editum à S. Hieronymo in *Epiſt.* 1. ad Da-
maſum Papã. Vt intelligatur, quod prædicto vſui
eius monitu, & opera ita fuerit à Damaſo ſãcitũ.

Ita ergo dicit *Creſpet. Verſum, Gloria Patri*, &c.
edidit S. Hieronymus in Epiſt. miſſa ad Dama-
ſum I. Papam. Vbi de Alleluia diſſeritur.

10 Concilium † Vaſenſe Secundum ſub Leone I.
can. 5. Quia non ſolum in Sede Apoſtolica, ait, *ſed*
etiam per totum Orientem, & totam Africam, &
Italiam, propter Hæreticorum aſtutiam, qui Dei
filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed à tempore
cœpiſſe, blaſphemant, in omnibus clauſulis, poſt
Gloria Patri. Sicut erat in principio, & nunc, &
ſemper, & in ſæcula ſæculorum. dicitur. Etiam &
nos in vniuerſis Eccleſijs noſtris, hoc ita dicendum
eſſe decreuimus.

ADVERTENDVM eſt hoc loco ex *Car-*
din. Baron. vbi ſuprà num. 176. † Canones Con- 11
cilij Vaſenſis Primi confuſos eſſe cum illis Va-
ſenſis Secundæ Synodi, & Canonem hic recita-
tum eſſe Vaſenſis Primæ, quæ paulò poſt Nice-
num Concilium celebrata fuit tẽporibus Con-
ſtantij Imperatoris, quod comprobat ex *Adone*
in Chronicis Ann. 337. cuius verba ipſe eo loco
recenſet.

Poſtea Vigilius Primus In Epiſt ad Eucherium
Epiſcopum. Cuius verba refert *Creſpet. in dicto*
verb. Gloria Patri, &c. † Reprobauit, qui hunc 12
Hymnum corrumpebant, dicendo; *Gloria Patri,*
& Filio Spiritui ſancto. Et ſic ſubducta vna
ſyllaba, ET, perſonam Filij, & Spiritus Sancti,
vnam quodammodo eſſe deſignabant: Quorum
error conuincitur, quia Dominus Ieſus Chr ſtus
in forma Baptiſmi *Marc. 6.* dixit, *Ite docete omnes*
gentes baptizantes eos, In Nomine Patris, & Filij,
& Spiritus ſancti. Et ſic cum non dixerit. *In*
Nomine Patris, & Filij Spiritus ſancti, ſed æqua-
libus diſtinctionibus iuſſerit nominari, conſtare
illos omnino à doctrina Dominica deuiare.

De eodem Hymno habetur in Concilio To-
letano Quarto, cuius ſcripta meminimus in prin-
cipio præſentis Capitis. † Vbi quod licet com- 13
poſitus ab hominibus, non eſt propre ea explo-
dendus, & ab Hymnorũ alb. excludendus, quia
de eo non habetur mentio in ſacris Scripturis,
ſicut etiam de Hymno, *Gloria in excelſis*, &c.

Carolus Magnus in ſuis Conſtitutionibus in-
iungit, † vt cum dicitur *Gloria Patri*, &c. omnes 14
aſſurgere debeant.

Durant cap. 15. lib. 3. alia ponit, præſertim de
origine huius Hymni, apud quem videri poterũt.

SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS.

HYMNVS eſt, quem Seraphin decantaſſe di-
cit *Iſaias cap. 6.* & in Eccleſia poſt Præfationem
in Miſſa decantatur.

Quem Hymnum ſolemniter † decantari de- 15
bere ante Sacrificij oblationem inſtituit Sixtus
Primus octauus à Petro Apoſtolorum Principe
Summus Pontifex, vt recenſet Damaſus Papa
in eius vita. *Conſtituit*, inquit, *vt Miſſarum actio-*
nem Sacerdote incipiente, Populus Hymnum decan-
taret, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus
Sabaoth, &c.

E Con-

Concilium Vaſenſe Secundum *can.* 4. Poſtquàm ſtatuit de Hymno Kyrie eleiſon, ſubdit,
16 † *Et in omnibus Miſſis, ſiue Matutinis, ſiue Quadrageſimalibus, ſiue in illis, quæ pro Defunctorum commemorationibus fiunt, ſemper Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine quo ad Miſſas publicas, dici debeat: Quia tàm dulcis, & deſiderabilis vox, etiam ſi die, noctuq; poſſet dici, faſtidium non poſſet generare. Et hoc nobis iuſtum viſum eſt, vt nomen Domini Papæ, quicumque Sedi Apoſtolicæ præfuerit, in noſtris Eccleſijs recitetur.*

SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS SANCTVS IMMORTALIS MISERERE NOSTRI.

HYMNVS eſt Eccleſiaſticus, qui vt *Nicephor, lib.* 14. *Hiſt. Eccleſ. cap.* 46. *& Euagr. lib.* 1. *Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 17. teſtantur, ſub Theodoſio Iuniore, & Proclo Patriarcha Conſtantinopolita-
17 no, † auditus eſt Conſtantinopoli ab Angelis decantari, referente puero, qui in aëra ſublatus fuit, occaſione maximi, & admirandi terremotus, qui priores omnes magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate facilè ſuperauit, & poſtquàm deſcripſit, quæ damna inde prouenerunt, ſubdit facti contingentiam, quam etiam ex ſcripſit *Creſpet in verb. Litaniæ. poſt princip.*

Placuit hoc loco Hiſtoriam præfatam, à Creſpetio relatam ex citatis Auctoribus per extenſum ponere, quia materia eſt ſingularis, & exemplaris ad implorandum precibus diuinum auxilium, quo præſenti tempore maximè indigemus, occaſione peſtis multas Italiæ Vrbes, & loca graſſantis, hoc præſenti anno 1632.

18 Dicunt præfati Hiſtorici. † Quod ſub Theodoſio Iuniore maximus terremotus, & admirandus, qui priores omnes, magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate, facilè ſuperauit, & Niceph. poſtquàm deſcripſit, quæ inde damna prouenerunt, ſubdit. *Bizantij autem* in maximum coniecti metum, à ruinis, & ædificiorum ſibi timentes, muros reliquerunt, & extrà Vrbem in Campo morati ſunt, vnà cum Imperatore Theodoſio, & Patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumquè vt propitius eis eſſet, & ab imminenti calamitate orbem liberaret obteſtantes. Et cum aliquando motu eo graſſante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipſis extirparum iri, vererentur, & omne Litanijs, & ſupplicationibus dediti collacrymarent, & ex profundo intimoquè animo miſericordiam diuinam implorarent, miraculum præter opinionem omnium, quod ſenſum, & mentem omnium excedat, ſubſecutum eſt. Subitò namq. è medio inſpectátibus omnibus, diuina quadam vi, puer in aërem ſublimis ad cæleſtẽ vſque tractum, ita vt iam non appareret, ſublatus. Diuinam vocem, qua Angelis Deum laudibus ferre mos eſt, audiuit, eamquè voce percepta, rurſum priore per aërem via reuerſus deſcendit. Et Epiſcopo Proclo, ipſiq Imperatori, & multitudini omni ſupplicationibus operam danti, Deumquè Hymnis celebranti, ab Angelis canentibus, ſe verba hæc canentibus audiuiſſe, renunciauit, SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS IMMORTALIS MISERERE NOSTRI. Quæ vbi Proclus intellexit, ſtatim ad eum modum populum pſallere iuſſit, & terremotus ſtatim etiam conſtitit, omninoquè conquieuit. Imperator verò Theodoſius, & inter fœminas admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo percuſſi, conſtitutione Imperiali conſ. ſtim, vt per Orbem omnem diuinus Hymnus iſte cõcinneretur, decreuerunt. Et ex eo tẽpore Eccleſia Chriſti eum acceptum, non quolibet tantum die vſurpat, ſed etiam (vt ſimpliciter dicam) cuiuslibet carminis, & laudis Dei initio ante omnia pleno ore præmittit. Puer verborum eorum myſterium executus, ſtatim vita functus eſt, & in magna Eccleſia, quæ Pacis nomen obtinet, conditus eſt. Locus autem in quo ille in ſublime actus eſt, poſtea, Diuina exaltatio, vocatus eſt. Notum ventum pro Vrbe Conſtantinopolitana ſpectans, &c.

Hanc eamdem hiſtoriam ad longum recitat etiam *Card. Baronius in Annal. Eccleſiaſt. Tom.* 6. *Anno Chriſt.* 446. *Leonis Papæ Ann.* 7. *Theodoſij Ann.* 39. *Valent.* 22 *poſt princ. à §. Sed huius quoquè anni.* Vbi poſt ea quę iam ex *Niceph.* adduximus, ſubiungit *in §. Meruit res tanta.* dicit Græcos anniuerſariam tantæ rei conſectaſſe memoriam in eorum Menologio, & recitat eius verba ſub die vigeſima-quarta Septembris. Et vltrà hanc teſtificationem alios etiam adducit teſtes, nimirum, Aſclepiadem Trallianum Epiſcopum, qui poſt narratam hiſtoriam hæc adijcere, teſtatur: *Hæc clarè non vni, ſed vniuerſo mundo notum fuit.* Et quod id ipſum Acacius Epiſcopus Conſtantinopolitanus de eadem re Conſtantinopoli ob oculos facta teſtatur. Et ex Latinis, Iuſtinianus in Sicilia Epiſcopus hæc eadem ex Synodo publicè ſcribit. Et Quintianus Epiſcopus Aſculanus eodem tempore eadem teſtatur. Adducit etiam S. Felicem Romanum Pontificem ad Petrum Epiſcopum Antiochenum hęreticum ſcribentẽ, & eamdem hiſtoriam enarrantem. Alios addit Baronius ex S. Ioan. Damaſceno, & de cauſa huius Triſagij propter Euthicis hæreſim, apud

quem

19 quem videre poterit, qui volet. Neque † eſt omittendum, quod in hoc facto addit *Durant. lib. 2. cap. 10. num. 7. ex Glica. part. 4.* Proclum ac Theodoſiũ diſcalceatos ſupplicationes illas celebraſſe. Alias huius religioſiſſimi Imperatoris deuotiones recenſuimus *in Cap. 10. de Cantu Hymnorum, in fin.*

Vt autem vnde digreſſi ſumus, redeamus. Dicitur iſte Hymnus Triſagiũ, hoc eſt Ter Sanctus, Angelorum Hymnus, Deum Vnum, & Trinum celebrantium. Quod ex Baronio diximus de Quintiano Epiſcopo, Creſpetius in verb. Triſagium; dicit quod Quintianus meminit huius Triſagij in Confeſſione ſuæ Fidei, quam miſit ad
20 dictum Petrum Antiochenum Epiſcopum, † qui Triſagio Crucem addebat, videlicet, *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis, Qui crucifixus es pro nobis, Miſerere noſtri.* Ad eumdem Petrũ ſcribens dictus Aſclepiades. *Additio* (inquit) *Crucis in Triſagio, impia blaſphemia eſt.* Et prædictus Felix Tertius Papa eumdem Petrum ſede expulit duabus Epiſtolis ad eũ miſsis.

Plures autem contrà eũdem Petrum ſcripſerunt, quos memorat *Creſpet. loc. cit.* Has Epiſtolas integras, nullaq. ex parte labefactatas extare aſſerit *Card. Baron. vbi ſup. § Sed rem adeò ingentem. Tomo 2. Concil.* recentioris editionis, vnà
21 cum eiuſdem Felicis Papæ decretis. † Addit *Creſpet. in fin.* quod credit, quod hic ſit ille Petrus, Grapheus vocatus, contrà quem etiam diſputat propter illam additionem in Triſagio *Io. Damaſc. lib. 3. Orthod. fidei. c. 10* Vbi ſic loquitur. *Hinc additionem in Triſagio ab inſano, vaníq. ſenſu Petro Grapheo factam, definimus blaſphemiã eſſe, vt quartam inducentem perſonam,* &c. Tum auctoritatibus Patrum cõtrà eum pugnare, dicit *Creſpet.* Et quod Concil. Generale Sextum contrà dictum Petrum Grapheum decretum propoſuit, & ſententiam eius condemnauit *can. 81.* Et præcipit ne cuipiam liceat huic ſententiæ adhærere, ſed omnes Patrum Orthodoxorum ſententiam ſequantur. Nec omittendum poſt *Io. Damaſc.* verba ibi relata *in eod. lib. 3. Orthod. fid. c. 10.* ſubiungit *Baron. vbi ſuprà.* Quod decantatum reperitur Triſagiũ in fine primæ Actionis Chalcedonenſis Concilij, vbi Dioſcorus damnatus eſt, eiuſdemquè impietatis conſortes hæretici æquè reiecti.

GLORIA IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX, &c.

22 Hymnvs eſt Angelicus, † qui ſolet in Miſſarum ſolemnijs decantari. Quod non ſit inuẽtum recens ſatis oſtẽditur ex Epiſt. Teleſphori Primi, qui fuit Nonus Papa à S.Petro, ad omnes Epiſcopos ſcripta, allegatur à *Grat. de conſec. diſt. 1. can. nocte ſancta. & cauſ. 6 quæſt. 1. can. Sacerdotes. & ab Iuone lib. decretorum.* Qui inſtituit hũc Hymnum in Miſſę Natiuitatis Domini prima decantari. Et poſtea ſtatutum eſt vt in alijs Miſſarum ſolemnijs cantaretur, vt reſtatur Nicolaus I. Epiſt. ad Rodolphum Archiepiſcopum Bituricenſem, & allegatur à *Gratian. de conſecr. diſt. 1. cap. porrò Gloria.*

Hunc Hymnum, † ſicut & illum, *Gloria tibi Domine.* Concil. Auguſtenſe *cap. 23.* iuſsit 23
detecto capite in Eccleſia decantari.

GLORIA LAVS, ET HONOR TIBI SIT CHRISTE REDEMPTOR, &c.

Hvnc Hymnum, † qui canitur in die Palma- 24
rum, pulcherrimũ vocat *Creſpet. in verb. Hymnus, poſt med.* Vbi etiam quod hunc Hymnum compoſuit Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus, cum à Ludouico Imperatore fuiſſet miſſus in carcerem. Cum idem Imperator in die Palmarũ iuxtà eius carcerẽ tranſiret, illos alta voce cœpit verſus canere: & propterea inde liberatus eſt. Et verſus poſtea ab Eccleſia recepti.

De Hymno KYRIE ELEISON, ET DE ALLELVIA.

Kyrie Eleison Hymnus † eſt antiquiſsimus 25
cuius decantandi mentio ſit primum in Concil. Vaſenſi Secundo ſub Leone I. *can. 3.* vbi ſic legitur. *Quia tàm in Sede Apoſtolica, quàm etiam per totas Orientales, atque Italiæ prouincias dulcis, & nimium ſalubris conſuetudo intromiſſa eſt, vt Kyrie eleiſon frequentius cum grandi affectu, & compunctione dicatur. Placuit etiam nobis, vt in omnibus Eccleſijs noſtris iſta conſuetudo Sancta, & ad Matutinum, & ad Miſſas, & ad Veſperam Deo propitiante, intromittatur.*

Concilium etiam Arelatenſe ſub Leone I. vt in quibuſdam Decretorũ libris citatur. Vbi traditur exequiatum, & funeris diſciplina. † Et di- 26
citur, *Quod in funeribus non debent carmina cantari diabolica, neque cachinnis ora diſſolui, cum antiqui, & noui Teſtamenti Patres mortes Sanctorum virorum cum fletu deploraſſe, legamus; Et ideò* (inquit) *tàm talis inepta lætitia, & peſtifera cantica, ex auctoritate interdicenda ſunt. Si quis autem cantare deſiderat, Kyrie eleiſon, cantet; Si autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non valet, in craſtino à presbytero taliter coerceatur, vt alij timeant,* &c. Hactenus Concilij verba.

Gregorius Magnus lib. 7. Regiſt. Epiſt. 64. ad
27 Ioannem Epiſcopum Syracuſanum,† eum redarguit,
quod *Alleluia, & Kyrie eleiſon*, non Romanæ
Eccleſiæ more in Miſſa, ſed Græcorum, decantari
iuſsiſſet. *Nam veſtra*, inquit, *Eccleſia nũquid
traditionem à Græcis acceperunt? Vnde habēt ergo
hodie, vt Subdiaconi lineis in tunicis procedant,
niſi quia hoc à Matre ſua Romana Eccleſia perceperunt?
Kyrie eleiſon nos quoquè dicimus, ſicut à Græcis
dicitur. In Græcis ſimul omnes dicunt, apud nos
autem à Clericis dicitur, & à Populo reſpondetur;
& totidem vicibus etiam Chriſte eleyſon dicitur.
In quotidianis autem Miſſis, alia quæ dici ſolent,
tacemus; tanṫummodo Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon
dicimus, vt in his deprecationis vocibus paulò diutius
occupemur.* Hactenus S. Gregorius.

ALLELVIA. Quia hic à S. Gregorio nominatur
Alleluia, & in ſacris precibus ab Eccleſia
frequentatur, placuit h c eius vocis ſignificationem
28 explicare. † Et primò ex *S. Dionyſ. Areopag.
lib. Eccleſ. Hierarch. cap. 3. par 3. ad calcem*. ſic habetur.
*Porrò ſacrũ diuinitus inſpiratorum Prophetarum
melos, aiunt, qui Hebraica norunt, laudem
29 Dei ſignificare, ſiue laudate Deum.* † Et Iuſtinus
Martyr *quæſt. 50. ad Orthod. Alleluia, & Oſanna
exponit. Nos Deum* (inquit) *collaudantes vtimur
voce, Oſanna, & Alleluia. Alleluia autem
idem eſt, collaudate concinne. Oſanna verò, magnitudo
excellens.* Ita ex *Creſpet. in verb. Alleluia.*
Vbi etiam alia cumulat.

Hieronymus in Epiſtola reſponſiua ad Damaſum
30 Papam, vbi ſic ait, † *Deus, & homo, honorabili
voce cantatur, Alleluia, ſemper eum omnibus
Pſalmis affigatur, & in omni loco communiter reſpondeatur
nocturnis temporibus. In Eccleſia autem
à Sancta Reſurrectione, vſquè ad ſanctam Penthecoſtem
finiatur. Inter vero dierũ ſpatia Quinquageſima
propter nouitatem Sancti Paſcha, vt vox iſta
canatur in Aleph, quod prologus Græcè, Latinè
Præfatio dicitur.* Huic decreto ſubſcribit Concilium
Turonenſe Secundum *Cap. 19.* Vbi (vt
dicit Creſpetius in hoc verbo, Alleluia)
ſtatuit in Diuino Officio *Alleluia* eſſe decantandum.

31 Quod dicitur, † S. Gregorium ex Hieroſolymitana
Eccleſia per S. Hieronymum Damaſum
Papam accepiſſe, vt Romana Eccleſia concineret
Alleluia, Gregorij verba hæc ſunt in ſupradicta
*Epiſt. 64. Vt Alleluia hic diceretur, de Hieroſolymitana
Eccleſia ex B. Hieronymi traditione,
tempore beatæ memoriæ Damaſi Papæ traditur tractum.*
Quod quidem ſic accipiendum eſt, vt dicit
*Cardin. Baron. Annal. Tom. 4. Ann. 384. longè
ante fin. fol. mihi 500. edit. Roman.* non vt tempore
Damaſi cani cœptum ſit Romæ *Alleluia*,
ſed vt caneretur extrà Paſchale tempus, vt idem
Gregorius ſuprà declarat, † nam huius vocis 32
vſum Romæ perantiquum fuiſſe certum eſt, ſiquidem
S Auguſtinus non recētiori vſu, ſed antiqua
traditione ab Eccleſia Catholica toto Orbe
diffuſa, *Alleluia* cantari, ſ litum tradit. Cæterum
peculiarem quemdam eius vocis vſum ab
Eccleſia Hieroſolymitana Romanam Eccleſiam
mutuatam eſſe, poſſumus ex verbis Gregorij intelligere,
eius enim vocis diuerſas fuiſſe conſuetudines,
idem S. Auguſt. ad Ianuariũ Epiſt. 119.
can. 17. ſcribens, affirmat idemquè alibi tradit,
certis tantum diebus moris fuiſſe ſolemniter decantari,
diebus autē Quadrageſimæ ab eo Cantico
ceſſari ſolitum, docet in *Pſalm. 106. & 110.*
Sed habetur apocripha Hieronymi nomine ad
Damasũ Epiſtola, qua dicitur, vt ſuperius, notauimus,
vt *Alleluia Pſalmis* omnibus affigatur.
Hucuſquè Card. Baronius, qui ad eādem B. Hieronymi
Epiſtolam duplicē ponit cenſurā *Tom. 2.
Ann 325. nu. 375.* quam etiam ſuprà *nu. 7. & 8.*
adduximus ad Hymnum *Gloria Patri*, &c. & poteſt
dicta Epiſtola in ſecundo ſenſu ibidem poſito
ſaluari.

Subiungit vlterius Baronius, temporibus
Damaſi, & Succeſſorum, † adeò frequenti vſu
eam vocem fuiſſe receptam, vt etiam in Eccleſia
caneretur in funere Defunctorum, ex S. Hieronymo
Epiſt 30. in Epitaph o Fabiolæ, vbi ait de
funere. Sonabant Pſalmi, & aurata tecta templorum,
reboans in ſublime quatiebat *Alleluia*,
dum, ſcilicet, agerentur Fabiolę exequię. † Extrà
Eccleſiam verò adeò frequens, & peculiaris erat
iſta vox, vt ipſi etiam infantes in eius ſonum linguam
primum ſoluere docerentur, quod monſtrat
S. Hieronymus, cum de filia Paulæ ad Lætam
matrem ſcribens Epiſt. 7. & 27. tradit, infantulam
ore balbutiente conſueuiſſe occinere
Alleluia. Sic, & Hieroſolymis adeò in omnium
piorum ore *Alleluia* fuiſſe, vt agricolæ etiam loco
ſecularium cantionum laboris moleſtias eo
Cantico alleuiarent, quod etiā ſuprà notauimus
Cap. 9. de Cantu Eccleſiaſtico ante fin. Idem affirmat
Epiſt. 17. Eius quoquè vocis ſymbolo ſolitos
conuocari Monachos ad Synaxim tradit
Epiſt. 27.

Quia pluries Damaſi facta eſt mentio, placuit
tāti Pontificis hic ſubijcere † Epitaphium, quod 35
viuens ipſe ſibi cōſcripſit pium valdè, acceptum
à *Baronio d. Tom. 4 Annal. An. 384. longè ante fin.*
ex peruetuſto Codice Bibliothecæ Treuerinæ
Eccleſiæ, exceptum à Chriſtophoro Broſphero
Societatis Ieſu profeſſore, Romam ad eum miſſum
à Nicolao Serrario eiuſdem Societatis Profeſſore,
hac inſcriptione prænotatum, videlicet:

EPI-

Digitized by Google

EPITAPHIVM PAPÆ DAMASI, quod ſibi edidit ipſe.

QVI gradiens, pelagi fluctus compreſsit amaros,
Viuere qui præſtat, morientia ſemina terræ,
Soluere qui potuit Lazaro ſua vincula mortis
Poſt tenebras, fratrem poſt tertia lumina Solis
Ad Superos iterum Mariæ donare Sorori
Poſt cineres DAMASVM faciet, quia ſurgere credo.

Qui de Hymnis ſcripſerunt remiſſiuè.

36 Hymnos † Latinos, Ambroſius, & Hilarius Viri clariſſimi præcipuè compoſuerunt, & antiquiſſimus Scriptor S. Ildephonſus Toletanus, & alij multi, quos enumerat *Creſpet. in verb. Hymnus. in col.* 4. ibi videri poterunt, vbi etiam citantur alij Doctores de Diuinis officijs tractantes, qui alios congerũt Hymnorum Auctores. Alios etiam commemorat *Durant lib. 3. cap. 14. n. 4. 5. & 8.* Addit alios Card. Baronius, vt paulò inferius dicetur. Et Michael Timotheus Ariminenſis in Elucidatione in Hymnos Auctores Hymnorũ notat, & nouiſſimè poſt ipſum R. P. Bartholomæus Gauantius Mediolanenſis vir inſigniter eruditus, & in rebus Eccleſiaſticis admodum verſatus, in ſuo Theſauro ſacrorũ Rituum *ſect. 5. cap 6.* ponit Auctores nonaginta ſex Hymnorũ.

Nolumus omittere, quod in multis Breuiarijs impreſsis ante recognitionem Clementis VIII. in omnibus ferè Hymnis prænotantur ipſorum Auctores, ad quæ qui volet, recurrere poterit:

37 Illud etiam hoc loco videtur notandum, † hæreticos quoquè Eccleſiaſticos, ſeu melius Pſeudoeccleſiaſticos compoſuiſſe Hymnos, vt in hunc modum aureo calice Babylonis (vt ſtatim dicemus) malæ doctrinæ venena fidelibus propinarent. Narrat *Euſeb. lib 7. cap. 19.* Quod Dionyſius Epiſc. Alexandrinus duos libros conſcripſit de Promiſsis: Quorum cauſa fuit Epiſcopus Aegypti, nomine Nepos; qui promiſſa in ſacris Scripturis Sanctis viris facta, in hoc ſeculo (ſicut Iudæi ſomniant) præſtanda fore, docuerat: hominibusq perſuadere laborabat, eos certo quodam millenario annorum numero in delicijs corporeis, & voluptate in terra victuros, & ſic de Chriſti regno in terra futuro. Et ſubdit; quod Dionyſius Nepotem amplectebatur, & diligebat pro fide, pro ſtudio in doctrina poſito, pro aſsidua in Scripturis exercitatione, pro nonnullis quoquè, ac varijs Pſalmis, & Hymnis ab eo compoſitis, quibus eo tempore nonnulli fratres vtebantur, & multò magis eum reuerebatur, quia ex hac vita migrauerat.

Hæc cum alijs referendo Card. Baron. Annal. *Eccleſ. Tom. 2. Ann. Chriſti 264. num. 7.* quod ad Hymnorum Auctores † pertinet, ita ſubiungit. 38 *Quod verò ſpectat ad ſacros Hymnos à Nepote conſcriptos, imitatus eum quoquè fuit Apollinaris (de quo paulò ante dixerat, qui erat Apollinaris Laodicenus, qui contra Dionyſij duos præfatos libros ſcripſerat ex S. Hieron. in præfat. lib. 8. in Iſaiam) qui quamplurimos ſcripſit Hymnos Eccleſiaſticos. Sed & quem Bardeſanis Syri fuiſſe filium Harmonium (de quo ſuperius dixerat) itidem Hymnos elaboraſſe, affirmat Theodor. lib. 4 cap. 19. atquè Sozomen lib. 3. cap. 15. Cum verò ijdem eſſent hæretici, atquè in hunc modum aureo calice Babylonis malæ doctrinæ venena Fidelibus propinarent, excitauit Deus Spiritum Sanctorum ſuorum, vt ad pietatem homines inſtituentes, longè præſtantiores conſcriberent ſacros Hymnos. Nam (vt ijdem teſtantur) ad explodẽdos illos impietate refertos Hymnos Harmonij, S. Ephrem contrarios illis ſcribens, Syris canendos tradidit. Sed & Gregorius Nazianzenus, cygneo planè cantu, Apollinarium impium ſtridentem ſilere fecit. Nec his caruit Occidentalis Eccleſia (vt nos paulò ſuperius diximus) complures enim habuit grauiſſimos viros, qui diuino afflati ſpiritu cecinere in Eccleſia ſacros Hymnos, vt Damaſus Papa, Ambroſius, Paulinus, Prudentius, Marius Victorinus, Proſper Aquitanus, Alcimus Auitus, Sidonius Apollinaris, Venantius Fortunatus, & alij propè innumeri vſquè in præſens ſeculum, quod præ cæteris eius facultatis viris eruditis abundaſſe videtur. Inter quos autem mira claritudine effulgere R. D. Lauinum Torrentium Epiſcopum Antuerpiæ edita ab eo ſumma tùm pietate, tùm venuſtate Poemata ſatis docent: hic illi honeſtiſſimus ludus, cum ab ingruentibus Paſtoralibus curis, quibus inuigilat, animum interdum auocare, conceditur. Eſſe*

ſanè plures adnumerare huius facultatis viros, cum maximè pios, tùm etiam egregiè eruditos, ſed aliò tendit oratio: ad hæc enim occaſione Nepotis hymnorum digreſſi ſumus propemodum neſcientes. Hucuſquè Baronij atramentum.

Cui, calamo cum vita deficiente, nō fuit permiſſum, in alio adhuc viuente, nouorum Auctore, & antiquorū recognitore Hymnorum, maiorem (vt eius verbis vtamur) cum venuſtate in mellifluis Poematibus pietatem admirari, conrenti erimus ſimpliciter tantum innuere, quod de eo replicari poteſt, quod S. Hieronymus ad Paulinum ſcribēs, de T. Liuio narrat, his verbis.

39 † *Ad T. Liuium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hiſpaniæ, Galliarūquè finibus, quoſdam venire Nobiles legimus: & quos ad cōtemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſæculis celebrandum miraculum, vt tantā Vrbem ingreſſi, aliud extrà Vrbem quærerent.* Cui S. Hieronymi iudicio concordat eiuſdem T. Liuij Epitaphium, cuius copia mihi facta fuit ab Admodum Illuſtri D. Cencio Capotio Patritio Romano, quod ad eum fuerat Neapoli tranſmiſſum Anno M. DC. cuius tenor eſt.

T. Liuius Patauinus Hiſtoricorum Latini nominis facilè Princeps, cuius lacteam eloquentiam ætas illa, quæ virtute pariter, ac eruditione florebat adeò admirata eſt; vt multi Romam non vt Vrbem rerum pulcherrimam, aut Vrbis, & Orbis Dominū Octauianum, ſed vt hunc vnum inuiſerent, audirentq. à Gadibus profecti ſint. Hic res omnes, quas Pop. Rom. pace, belloq. geſſit, quatuordecim Decadibus mira ſtyli fęlicitate complexus, ſibi, ac patriæ gloriam peperit ſempiternam.

De Antiphonis.

CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Antiphona quid ſit, & vndè originē traxerit.*
2 *Antiphonarum initium ex Hiſtoricis.*
3 *Antiphona à S. Ignatio, ad omnes Eccleſias conſuetudo propagata.*
4 *Antiphonæ definitio.*
5 *Antiphonarū auctores apud Græcos, & Latinos.*
6 *Antiphona hodie eſt verſus, qui Pſalmos præponitur in recitatione Officij.*

ANTIPHONA, quæ eſt vox reciproca duobus Choris alternatim pſallentibus; † originem traxit à S. Ignatio Martyre, vt dicit 1
Caſſiod. lib. 10. Hiſtor. tripart. c. 9. vbi narrat, quod Eccleſia, Antiphonas decantādi initium ſumpſit ab Ignatio, quia vidit Angelorum viſionē, quomodo per Antiphonas Sanctæ Trinitati dicerent Hymnos. Iſquè modum viſionis Antiphonæ tradidiſſe, & Eccleſia probauit, & ex hoc ad cunctas tranſmiſit Eccleſias.

Idem teſtantur *Niceph. lib. 13. cap. 8. & Socrat. Eccleſ. Hiſt lib. 6. cap. 8.* † Quod S. Ignatius in 2
Antiochena Eccleſia Hymnos, & Antiphonas iuſſit decantari. Vbi referunt præfati Hiſtorici in Conſtātinopolitana Vrbe ſupplicationes fieri ſolitas, in quibus decantabantur Hymni: Addunt, *Catholica Eccleſia principio eiuſmodi Pſalmodiæ, Hymnorumq́ canendorum inde ſumpto, ad hunc vſquè diem conſuetudinem hanc retinere, & ſacris cantilenis precatur. Morem autem Antiphonarum, hoc eſt, alterius per reſponſionem carminum concinnendorum Eccleſia antiquitus iam inde ab Apoſtolis accepit. Diuinum namquè Ignatium (qui tertius in Eccleſia Antiochena à Petro Apoſtolo Hierarcha fuit, & cum Apoſtolis omnibus multo tempore, vixit) cum per eſtaſim animi conſternatus eſſet, viſionem nouam vidiſſe ferunt, Sanctos, ſcilicet, Angelos alternis, & ſibi inuicem reſpondentibus carminibus, Sanctam Trinitatem Hymnis, & Laudibus velantes, & ipſe primus hanc concinnendi formam Antiochenorum Eccleſia dedit.* † *Vndè* 3
quaſi à fonte in alias Eccleſias Dei omnes, hæc conſuetudo propagata eſt. Hæc de Antiphonis, & reſpondentibus ſibi inuicem Hymnis accepi, memoria poſteritatis commendanda duxi.

Antiphonæ definitionem, vt dictū eſt, † quod 4
ſit vox reciproca, duobus, ſcilicet, Choris alternatim pſallentibus ordine commutato, ſiue de vno ad vnum, tradit *Iſidor. lib. 6. etymol. cap. 19. Alcuin. de Diuin. offic. cap. de celebrat. Miſſ. Raban. Maur. lib. 1. de inſtit. cleric. cap. 33.*

Antiphonarum auctor apud Gręcos creditur, vt dictum eſt, S. Ignatius Sancti Ioannis diſcipulus ſæpè, ac diu cum Apoſtolis conuerſatus. † Apud Latinos verò S. Ambroſius primus An- 5
tiphonas Mediolani inſtituit Græcos imitatus, & hinc Antiphonarum vſus in cęteris Orientis regionibus increbuit. *Iſid. lib. 1. de Eccleſ. offic. cap. 7. Sigebert. ad Ann. 338. Idem dicit S. Auguſt. lib. 9. Confeſſ. cum alijs per Durant. lib. 3. cap. 17. num. 3. 4. & 5. vbi in fin. num* 6. dicit, quod nunc † Antiphona appellatur illa ſententia, vel dicere 6
volumus Verſum, qui Pſalmo præponitur, quia Auctore *Amalar. Fortun. lib. 4. de Eccleſiaſt. offic. cap. 7.* ad eius ſymphoniam cantatur Pſalmus per duos Choros, ipſaquè Antiphona coniunguntur ſimul duo Chori.

De

De Pſalmis:

CAP. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Pſalmorum auctor fuit Dauid.*

2 *Pſalmi in Eccleſia qualiter ſint recitandi, & de vocis diuerſitate ab alijs officijs.*

3 *Pſalmi cum attentione, & compunctione recitandi.*

4 *extrà Pſalmos canonicarum Scripturarum nihil poeticè compoſitum pſallatur in Eccleſia. Declaratur num. 5.*

5 *Pſalmi priuati, & vulgares non debent in Eccleſia legi, & quod ita interpretatur Concilium Bracharenſe.*

6 *Hæretici conſueuerunt ad Eccleſiæ imitationem Pſalmos componere, & canere.*

7 *Diuinum officium qualiter recitãdum, & præſertim cum pauſa in medio Verſiculi Pſalmorum, ex Concil. Baſilienſi.*

8 *Diuinum officium, & qualiter pſallendum ex Concilio Treuerenſi.*

9 *Diuinum officium qualiter recitandum ex Concilio Tridentino.*

10 *Pſalmorum recitationis virtus, & effectus.*

11 *Pſalmorum librũ Chriſtiani omnes magis adamarunt præ cęteris ſcripturis vtriuſquè teſtamenti.*

12 *Pſalterium per ordinem Paula recitabat, & ſui omnes Pſalmos non ignorabant.*

13 *Pſallunt Monachi in terris, & eamdem pietatem debent habere, quam habent Martyres.*

14 *Pſalmos deuotè decantans inter alia quodammodo Angelis Dei ſociatur.*

15 *ex Pſalmorum recitatione maxima oriuntur vtilitates.*

PSALMVS Latinè Canticum dicitur, in
quo tamen diſtinguatur Hymnus, Pſalmus,
& Canticum diximus ſuprà *Cap.* 8. vbi de Hym-
1 nis, Pſalmis, & Canticis in genere. † Quis fue-
rit Pſalmorum auctor ſuperfluum eſt quærere,
cum omnibus notum ſit. Regium Prophetam
Dauid centum quinquaginta Pſalmos compo-
ſuiſſe, vt conſtat ex ſacra pagina. Licet de Pſal-
mis, & eorum cantu, ſiue Pſalmodia ſatis dictum
ſit, vnà cum Hymnis, & Hymnodia, tamen ne
iſta pars, quæ poſt Antiphonas ſequitur, & eſt
præcipua Diuini officij, remaneat indotata, ali-
qua particulariter, quàm breuiſsimè de ipſis di-
cemus.

Pſalmi qualiter ſint in Eccleſia recitandi, do-
cet Concilium Aquiſgranenſe Primum ſub Ca-
2 rolo Magno. vbi *cap.* 137. ita habetur. † *Pſalmi
namq; in Eccleſia non curſim, & excelſis, atquè
inordinatis, ſeu intemperatis vocibus, ſed planè, ac
dilucidè, & cum compunctione cordis recitantur, vt
& recitantium mens illorum dulcedine paſcatur, &
audientium aures illorum pronunciatione demul-
ceantur, quoniam licet cantilenæ ſonus in alijs offi-
cijs excelſa ſoleat edi voce, in recitandis tamen
Pſalmis, huiuſmodi vitanda eſt vox,* &c.

Et Concilium Generale Sextum *can.* 75. † *Eos* 3
(inquit) *qui in Eccleſijs ad pſallendum accedunt,
volumus, nec inordinatis vociferationibus vti, &
naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum,
quæ Eccleſiæ non conueniunt, & apta non ſunt ad-
ſciſcere, ſed cum magna attentione, & cõpunctione
Pſalmodias Deo, qui eſt occultorum inſpector offerre.
Pios enim, & Sanctos forè filios Iſrael ſacrum do-
cuit oraculum.*

Concilium Brachar&etilde;ſe Primum *can.* 30. † *Pla-* 4
cuit (inquit) *vt extrà Pſalmos canonicarum Scri-
pturarum noui, & veteris Teſtamenti nihil poeticè
compoſitum in Eccleſia pſallatur, ſicut & Sacri præ-
cipiunt Canones.*

Quæ tamen Conſtitutio interpretanda eſt ex
Concilio Laodicenſi *can.* 59. † Vbi conſtitutum 5
fuit, non oportere plebeios, vel vt alij ex Græco
vertunt, priuatos, & vulgares aliquos Pſalmos
in Eccleſia legi. Et quod ita intelligi debet præ-
fatum Concilium Bracharenſe, eamquè inter-
pretationem confirmat Martinus Bracharenſis
can. 68.

Ita notat *Durant. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 8. vbi *nu.* 9.
refert, Hęreticos † ad Eccleſię imitationem con- 6
ſueuiſſe Pſalmos componere, & canere.

Concilium Baſilienſe Generale *ſeſſ.* 21. de
diſciplina pſall&etilde;di tractans, & quàm deuotè Di-
uinum officium ſit perſoluendum, ita decreuit.
† *Statuit Sancta Synodus, vt in cunctis Cathedra-* 7
*libus, ac Collegiatis Eccleſijs horis debitis, ſignis
cõgrua pulſatione præmiſſis, Laudes diuinæ per ſin-
gulas Horas non curſim, atquè feſtinanter, ſed tra-
ctim, & cum pauſa decenti, præſertim in medio
cuiuſlibet Verſiculi Pſalmorum, debitam faciendo
inter ſolemne, ac feriale Officium differentiam, re-
uerenter ab omnibus perſoluantur,* &c.

Concilium Treuerenſe Secundum. *can.* 6. *ex
S. Aug. lib.* 8. *Confeſſ. cap.* 6. & 7. de externo cultu
modeſtè gerendo, qui interni manifeſtatio eſt ex
eod. libr. tractat, & concludit. † *Omnes, qui ho-* 8
*ris Canonicis perſoluendis deputati ſunt, dent ope-
ram, vt collectis animis, quoad fieri poteſt, debi-
tum penſum abſoluant: nec ita ſe habeant, vt dum
voce pſallunt, quiduis pòtius, quàm Deum animo
cogitare videantur ſemper canentes, ne propheti-
cum illud audiant, labijs me honorant, cor autem
eorum longè eſt à me. Statuimus proinde, vt Laudes
diuinas per ſingulas horas non curſim, & feſtinan-
ter,*

ter, ſed tractis ſeruatis interuallis decentibus ratione dierum feſtorum, ac profeſtis, & intermedijs ſecernendorum habitis, reuerenter, & alaeriter abſoluantur, nequaquàm ſublato in altum clamore, ne vel inſanire, vel animis laſciuus geſtire potius videantur, quàm feruore Spiritus exultare.

Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12.* ibi, *Omnes diuina per ſe, non per ſubſtitutos compellantur obire officia, & Epiſcopo celebrãti, aut alia Pontificalia exercenti aſſiſtere, & inſer-*
9 *uire,† atquè in Choro ad pſallendum inſtituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuotèq. laudare*, &c.

10 *S. Baſilius in Pſalm. 1.* † *Pſalmus* (inquit) *animarum eſt tranquillitas, arbiter ineundæ pacis, cuius an̄utu exundantes, & tumultuariæ cogitationes ſe contrahunt, & conquieſcunt.* Et poſtea. *Pſalmus amicitiæ conciliator, unio diſſidentium, pacis inter hoſtes conſtabilĩẽda ſequeſter* Et paulò poſt, *Pſalmus eſt profligandis dæmonibus, & depellendis quoddam amuletum, Angelica tutelæ conciliator*, &c.

11 *S. Ioan Chryſoſt. lib. 6. de pœnit.*† Quærit, & admiratur, quare præ cæteris veteris Teſtamenti, nouiquè Scripturis, librum Pſalmorum Dauid Chriſtiani omnes ſic adamarunt, atquè hunc ſolum ore verſari voluerunt. *In Eccleſijs* (inquit) *pernoctantibus: & primus, & medius, & nouiſſimus eſt Dauid. Diluculò quæruntur Hymnorũ modulationes, & primus, & medius, & nouiſſimus eſt Dauid.* Idemquè proſequitur in funeralibus, in Monaſterijs, in Cœnobijs Virginum, in deſertis, & primus, & medius, & nouiſsimus eſt Dauid.

12 *S. Hieronym. in Epitaph. Paulæ, cap. 10.* † *Manè, hora Tertia, Sexta, Nona, Veſpere, Noctis medio, per ordinem Pſalteriũ cantabat. Nec licebat cuiquàm*
13 *ſuorum ignorare Pſalmos.* Et *in Pſalm. 115.*†Sicut (inquit) *Martyres laudant Dominum in regione viuorum, ita Monachi, qui quotidiè, & noctu pſallunt Domino, debent habere eãdem pietatem, Martyres ſi quidem ipſi Martyres ſunt. Quod enim faciũt Angeli in cœlis, hoc Monachi faciunt in terris.*

S. Bernardus ſerm. 52. ad Sororem incip. Soror
14 *cariſſima.* Qui eſt de Pſalmis, & Hymnis, † copioſè narrat Sorori fructum ex cãtu Pſalmorum, & Hymnorum, & inter alia plurima, quæ ibi congerit; *Quod quicumquè fideliter, & intenta mente Pſalmos decantat, quodammodo Angelis Dei ſociatur: quia homo illum pro modulo ſuo laudat in terris, quem Angeli ſine intermiſſione adorant, & glorificant in cœlis.* Cum alijs multis ibidem ad animarum conſolationẽ, & ſolatium expoſitis, quæ breuitatis cauſa conſultò omittimus.

15 *Iſidor. lib. 3. de Summ. bono. cap 7.* † *Pſallendi* (inquit) *vtilitas triſtia corda conſolatur, gratiores mentes facit, faſtidioſos oblectat, inertes exſuſcitat, peccatores ad lamenta inuitat. Nam quamuis dura ſint carnalium corda, ſtatim vt Pſalmi dulcedo inſonuerit ad affectum pietatis animum eorum inflectit.*

Alia diximus *ex S. Auguſt. lib 9. & 10. Confeſſ. ſuprà Cap. 9. De* Cantu *Eccleſiaſtico, ante fin.* vbi de fructu Cantus Pſalmorũ. Et etiam in *Cap.* 10. vbi de Cantu Hymnorum.

De Horarum Canonicarum Nomine.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 *Horæ Canonicæ explicantur declaratis eius partibus.*
2 *Hora quid ſit.*
3 *Horarum quatuor ſunt genera, & quæ ſint exponuntur.*
4 *Horæ ab ortu Solis, quæ & Babylonicæ.*
5 *Horæ ab occaſu, quæ & Italicæ.*
6 *Horæ à meridie, & media nocte, quæ & communes, & Aſtronomicæ.*
7 *Horæ inæquales.*
8 *Horæ Canonicæ ſunt inſtitutæ ab Eccleſia iuxta horas inæquales.*
9 *Horarum nominis etymologia.*
10 *Alphonſus Ciacconius ab Auctore laudatur.*
11 *Horæ etymologia ex Auctore.*
12 *Horarum Canonicarum nomine, cur Diuinum officium ſit appellatum.*
13 *Voluntarium munus eſt gratius functionibus canonica compulſione redditis.*
14 *Horarum Canonicarum denominatio ex Cornelio Muſſo.*

CVM preces, Laudeſquè diuinæ in prima Breuiarij Romani parte contineantur, vt initio diximus, eaquè Officio diuino, ſiue Horis Canonicis expleantur, quarum præcipuæ partes numerantur, Hymni, Antiphonæ, & Pſalmi, † his iuxtà noſtrum inſtitutum ad Eccleſiaſticorum ſummariam intelligẽtiam, & vtilitatem explicatis, ſupereſt vt videamus de Horis Canonicis. Et primò de Nomine Horarum Canonicarum, circa quod duo videnda occurrunt. Primũ quid ſit Hora, & vnde originem traxerit. Secundum cur Diuinum officium, ſiue preces, Laudesq. diuinæ dicantur Horæ Canonicæ.

Hora, vt ad primum veniamus, † nihil aliud 2
eſt, quàm vna ex vigintiquatuor partibus, in quas quilibet dies naturalis, qui eſt integra Solis reuolutio, diuiditur.

Circa quod ſciendum eſt, quod † quatuor 3
ſunt genera Horarum, quæ in eo conueniũt, quod omnes quemlibet diem naturalẽ diuidunt

in

in partes ſiue horas vigintiquatuor. Differunt
autem, quia tres ex ijs prædictum diem natura-
lem partiuntur in partes, ſiue horas æquales, &
iſtæ ſunt Horæ ab ortu, ab occaſu, & à meridie,
& media nocte, & ita denominantur, quia inde
4 ſumunt numerationis initium. † Et ſic cum ab
ortu Solis conſueuerint numerare Horas Baby-
loni, ideò Horæ ab ortu dicuntur Babylonicæ,
quibus hac noſtra tẽpeſtate vtuntur Inſulæ Ba-
5 leares. † Ab occaſu Solis Horas numerant Itali,
& Bohemi, & ideò Horæ ab occaſu, dicuntur
6 Italicæ. † A meridie verò in mediam noctem, &
à media nocte in meridiem omnes ferè Europęi
numerant: Quæ propterea appellantur Horæ à
meridie, & media nocte, ſiue etiam Horæ com-
munes, & ab Horis Aſtronomicis quibus vtun-
tur Aſtronomi, niſi quod iſti numerationem à
meridie inchoando ad ſequentem meridiem
terminant.

7 Quartum autem Horarum genus, † licet, vt
vt dictum eſt, conueniat cum dictis tribus Ho-
rarum generibus, quod quemlibet diem natura-
lem in vigintiquatuor partes, ſiue Horas partia-
tur, non tamen iſtæ Horæ ſunt æquales, ſed in-
æquales, quilibet enim dies artificialis (qui eſt
totum id tempus, quo Sol ſuprà noſtrum mora-
tur Horizontem) diuiditur in duodecim partes
æquales, initio ſumpto ab ortu Solis, & nox ſi-
militer in totidem etiã partes æquales inchoan-
do à Solis occaſu; vndè Horæ diei nõ ſunt æqua-
les Horis noctis, niſi in die Aequinoctij, nequè
ſunt æquales Horis alterius diei, niſi in gradibus
Signorum à Solſtitijs æqualiter diſtantibus: Et
ſic in Aeſtate Horæ dierum ſunt maiores Horis
noctium, è contrà verò in Hyeme, Horæ dierum
ſuperãtur ab Horis noctium, & proptetea dicun-
tur Horæ inæquales, quæ inæqualitas, vt dictum
eſt, intelligitur facta cõparatione Horarũ dierũ,
& noctium, nõ autẽ inter Horas eiuſdẽ diei, quæ
omnes ſunt inter ſe æquales, prout etiam Horæ
noctis ſunt inter ſe æquales, non autem Horæ
diei cum Horis noctis, niſi, vt diximus, in die
Aequinoctij. Qualiter autẽ qualibet die inueniri
poſſit quantitas Horæ diurnę, & nocturnę in iſtis
Horis inæqualibus, dicemus infrà *Cap. 18. in fin.*

Et iſtæ Horæ dicuntur etiam Antiquæ, quia
eis antiqui vtebantur, vt Romani, Iudæi, & tota
ferè antiquitas, vt ex Hiſtorijs, & libri veterum
Mathematicorum teſtantur. Iſti enim noctem
in quatuor Vigilias diuidebant, ſingulis Vigilijs
8 ternas tribuendo Horas. Et iſtæ ſunt Horæ † ſe-
cundũ quas Eccleſia Romana laudes Deo Opti-
mo Maximo inſtituit perſoluendas, quæ ab Ho-
rarum nomine appellantur Horæ Canonicæ, vt
ſtatim dicemus, numero autem, Prima, Tertia,
Sexta, & Nona, vocatæ ſunt.

Horarum nomen vnde originem traxerit, † nõ 9
ſatis inter ſe Doctores conueniunt, vt patet ex
his, quæ dicit *Io. Steph. Durant. lib. 2. cap. 1. nu. 1.
& ſeq.* & ante eum Chriſtophorus Clauius meus
Præceptor in ſua Gnomonica, in principio, titulo
de Horologijs in vniuerſum, in initio. Vbi habet,
quod alij Horarum nomen deriuare dicunt à
verbo Horus, quo apud Aegyptios Sol ſignifi-
catur, prout etiam Apollo, qui idem eſt, quod
Sol, ex Platone in Cratilo, & Macrob. lib. 1. Sa-
turnaliũ. Et quod alij volunt dici à verbo Gręco
ὅρος, quod terminum ſiue finem ſignificat, pro-
pterea quod ſpatium illud continuum temporis
Horis, tamquàm finibus diſtinguimus, ſeu termi-
namus. Alij deniquè ab vrina, quam æqualibus
temporis ſpatijs in quolibet die, nocteque tàm
longa, quàm breui, emittebat animal quoddam
apud Aegyptios quod Serapi, ideſt, Soli erat di-
catum, ex obſeruatione Mercurij Triſmegiſtri, &
ſubdit Clauius, quod res eſt Aegyptijs magis,
quàm Triſmegiſtro digna.

Has tres Etymologias poſt Clauium eo in-
nominato refert *Durant. vbi ſuprà nu. 3.* qui poſt
Clauium nouem, vel decem annis ſcripſit. Vo-
cabatur autem prædictũ animal, quod ab Aegy-
tijs celebratur, Cœnocephalus, vt ego vltra
quadraginta annos accepi ab † Alphõſo Ciac- 10
conio Hiſpano Ordinis Prædicatorum viro do-
ctiſsimo, & eruditiſsimo, nècnon antiquarum
rerum ſtudioſiſsimo, & peritiſsimo, vt eius inge-
nij monumenta ſunt iudices, & inter alia liber
de Summis Pontificibus, & Cardinalibus, eo-
rumque inſignijs, & geſtis, qui liber iterum recu-
ſus Doctiſsimorum virorum, & pręſertim D. An-
dreæ Victorelli viri Eccleſiaſticarum antiquita-
tum eruditiſsimi Vigilijs locupletatus.

Mihi tamen magis arridet illa etymologia, † vt 11
Hora dicatur cum aſpiratione, ad differentiam,
oræ, ſine aſpiratione, ſicut hęc ſignificat cuiuſuis
rei extremitatem, vt *Pſalm. 132. Quod deſcendit
in oram veſtimenti eius*. Ita cum aſpiratione ſi-
gnificet non cuiuſcumquè rei, ſed ſolius tempo-
ris extremitates ſignatas varijs numeris. Quod
dicere volui, vt detur alijs occaſio cogitandi, &
meliora promendi. Et præſens etymologia non
cadit ſub cenſura *Durant. d. cap. 1. num. 1.* vbi re-
probat dicẽtes Horam dici ab orãdo, cum nota
aſpirationis non poſſit talem diſtinctionem ope-
rari, vt ipſe dicit: ſecus eſt de ora quæ extremi-
tatem ſignificat.

Horarum autem Canonicarum nomine, † vt 12
ad ſecundum veniamus, ideò Diuinum officium
eſt appellatum, quia certis quibuſdam diei Horis
ſecundum Canones eſt perſoluẽdum, ex *Nauar.
in Manual. de Orat. cap. 5. num. 26.* cum alijs ab eo
citatis, ſequitur *Marcell. Francol. de temp. Hor.
Canon.*

Canon. cap. 25. *num.* 12. Idem etiam *Io. Stephan. Durant.* dicit *cap.* 1. *num.* 4. *lib.* 3. vbi vlterius addit, quod appellantur Canonicæ, ideſt, Eccleſiaſticæ. Item, quia regulares certi ordinis, ſcilicet, clericorum certi temporis, & formæ præſcriptæ. Item Canonicæ, ſiue Regulares, quia, nimirum, à Sanctis Patribus regulariter obſer-
13 uatæ. † Et iſta denominatio videtut comprobari ex eo, quod dicit *Caſſian. lib.* 3. *de inſtit. Cœnob. cap.* 2. *in fin* ibi, *Gratius* (inquit) *voluntarium munus, quàm functiones, quæ canonica compulſione redduntur*. Horæ namquè Canonicæ in recitatione diſtinctis ictibus, & campanæ compulſionibus perſoluebantur iuxtà tempora debita, & regulata, & ideò dicit, *canonica compulſione*, de qua infrà cum de tempore Horarum Canonicarum *Cap.* 17. *&* 18.

Subiungit ibidem Durant. aliam rationem ex Cornelio Muſſo Epiſcopo Bitũtino in Sermone
14 ad Synodum Bituntinam, Horas inde † Canonicas dictas, quod in Choris primitiuæ Eccleſiæ, canorum quiddam iuxtà harmoniam, quæ non tàm auribus, quàm ratione, & mente digna iudicatur, ſplendere videbatur.

D Numero Horarum Canonicarum.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia Catholica obſeruantia Hæreticis ſomnia videntur.*

2 *Horarum Canonicarum ſeptenarij numeri inſtitutio, & ratio ex S. Clemente vſquè de tempore Apoſtolorum.*

3 *Horæ Canonicæ Sacramẽtum Trinitatis oſtendunt, in hora Tertia, Sexta, & Nona.*

4 *Horarum Canonicarum numeri ſeptenarij ratio redditur remiſſiuè.*

5 *Horarum Canonicarum antiquus vſus, numerus, & ratio redditur à Concilio Aquiſgranenſi.*

6 *Diuinum officium negligentes digna inuectione corripiantur.*

7 *Diuinum officiũ aut ex toto omittitur, aut pigrè perſoluitur, & pœna talia committentes puniendi.*

8 *Cuſtodum Eccleſiæ officia circa ſigna pulſanda ad Horas Canonicas, luminaria prouidendi, & res Eccleſiæ cuſtodiendi.*

9 *Horarum Canonicarum numerus, & ratio ex Concilio Aquiſgranenſi.*

10 *Vigilias quidam Hæretici infructuoſas exiſtimant.*

11 *Angelorum aſſiſtentia in Diuinis officijs operari debet, vt cum timore, & veneratione competenti illud compleatur, alijſquè hic notatis à Concilio Aquiſgranenſe.*

12 *Horarum Canonicarum ſeptenarius numerus defenditur.*

13 *Horarum Canonicarum ſeptenarius numerus confirmatur ex Caſſiano.*

14 *Numerus ſeptenarius ſignificat vniuerſitatem, & ideò fortè ſeptem ſunt Horæ Canonicæ, quia ſemper eſt orandum.*

15 *Orare ſemper, quando quis dicatur.*

20 *Durantis opinio de octo Horis Canonicis examinatur.*

22 *Laudes cur fuerint diſtinctè à Matutino notatæ in Tabulis infrà poſitis.*

23 *Laudibus Horæ aſcriptæ in* 30. *Tabulis cur aliquando ſequantur, aliquando concurrant, & aliquando præueniant Horam Matutini.*

24 *Horæ Laudibus aſcriptæ ante Horam Matutini non indicant Laudes eſſe dicendas ante Matutinum, ſed oſtendunt initium Auroræ in cuius tota latitudine Laudes poſſunt recitari poſt Matutinum.*

25 *Horæ Laudum non poſſunt aſſignari quando eſt lux continua tota nocte, ſed ſequuntur ſemper Horarum Matutini, abſquè alia Horarum aſſignatione.*

QVONIAM omnia, quæ obſeruat Catholica Eccleſia, vt dicit † Creſpetius in 1
verbo Horæ Canonicæ, Hæreticis noſtri temporis ſomnia, & deliramenta videntur, non nobis vertitur in dedecus, ſi cuncta ab antiquis Patribus prius inſtituta, videamus. Non vt cum illis pugnare velimus, quod non eſt noſtri præſentis inſtituti, ſed ad veritatem oſtendendam, & Catholicorum inſtitura firmanda.

Non eſſe autem Horas Canonicas † recens 2
inuentum, ſed antiqua inſtitutione der ua u n. Obſeruatum autem numerum ſeptem Horarum Canonicarum ſub Apoſtolorum temporibus teſtatur Clemens Primus, Conſtitu ionum Apoſtolicarum *cap.* 40. *Preces* (inquit) *veſtras facite diluculo, Tertia hora, Sexta, Nona, Veſpere, & in Galli cantu. Diluculo gratias agentes, quoniam illuminauit nos Dominus, expulſa nocte, & inducto die. Hora tertia, quoniam illa hora Dominus ſententiam Pilati accepit. Sexta, quoniam tunc Crucifixus eſt. Nona, quoniã omnia commota ſunt Crucifixo Domino, perhorreſcentia impiorum audaciam, & non ferentia ignominiam Domini. Veſpere gratias agentes, quod dedit nobis noctem diurnorum laborum requiem. In Galli cantu, quoniam illo tempore nunciatur Aduentus Domini ad exercenda opera Lucis, &c. Tum ſingulis Horis orationes proprias accommodat in Capitibus ſequẽtibus.*

S. Cy-

Digitized by Google

S. Cyprianus Carthaginenſis in Orationem Dominicam, ad calcem. *In orationibus* (inquit) *celebrãdis inuenimus obſeruaſſe cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores, horam Tertiam, Sextam, & Nonam, Sacramentum*
3 † *Trinitatis, quæ in nouiſſimis temporibus manifeſtari habebat. Nam hora in tertiam veniens, conſummatum numerum Trinitatis oſtendit. Itemquè ad Sextam quarta precedens, declarat alteram Trinitatem. Et quando à Septima Nona completur, per ternas horas Trinitas perfecta numeratur. Quæ horarum ſpatia iampridem ſpiritualiter determinãtes ad oratores Dei, ſtatutis & legitimis ad precem temporibus ſeruiebant, & manifeſta poſtmodũ res eſt, Sacramentũ olim fuiſſe, quod ante ſic iuſti precabantur.* Et infrà, *Præter Horas antiquitus obſeruatas, orandi nunc, & ſpatia, & Sacramenta creuerunt. Nam & manè orandum eſt, vt Reſurrectio Domini matutina oratione celebretur,* &c. Vbi in reſtanti oratione, & Sacramenta reddit perſpicua Horarum Canonicarum.

4 Rationem † numeri Horarum Canonicarum reddit *Ioan Caſſian. lib. 3. de inſtit. Monach. à c. 1. vſquè ad 4.* Eumdem numerum, & ordinem obſeruat Regula S. Benedicti *cap. 16.* vbi ſic incip. *Vt ait Propheta, Septies in die Laudem dixi tibi; qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis* (inquit) *ſic implebitur, ſi Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpere, Completorioquè tempore ſeruitutis officia perſoluamus.*

Loco omnium ſat erat recitaſſe Decretum Concilij Aquiſgranenſis Primi *Cap. 126. vſquè*
5 *ad Cap. 130.* † Vbi Horarum Canonicarum antiquus vſus, numerus, & ratio redditur. Et ex *Iſidor. lib. 1. de Diuin. offic. cap. 2. 19. & 20.* alijsq. Auctoribus, ita loquitur. *Studeant ſummoperè Canonici Horas Canonicas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his Diuinum officium humiliter, ac deuotè perſoluere. Mox enim, vt datum fuerit ſignũ, omnes ad Eccleſiam conueniant;*

Qui autem has Horas frequentare, & in his, vt dignum eſt, celeſte neglexerit officium perſoluere,
6 † *digna inuectione corripiatur, vt & ipſe emendetur, & cæteri timorem habentes huiuſcemodi negligentiam caueant.*

7 *Sed quoniam aliud* † *eſt ex toto omittere, aliud pigrè occurrere, qui ſegniter, aut tardè ad Matutinum, aliud quodlibet Diuinum officium peragendum occurrerit, dignum eſt, vt non cum alijs in Choro, ſed omnium vltimus (vt certè erubeſcere diſcat) in loco huiuſcemodi negligentibus à Prælato conſtituto ſtet, foris verò nullatenus remanere præſumat, ne iocis, & fabulis vacet, & à Dei laudibus penitus alienus exiſtat.*

8 *Cuſtodes* † *præterea Eccleſiæ harum Horarum diſtinctiones bene norint, vt, ſcilicet, ſigna certis temporibus pulſent. Luminaria verò cum omni diligentia communicanda prouideant, ſitq́; eorum ſtudy, vt nihil de commiſſis rebus Eccleſia pereat.*

Harum † *autem Tertiam, Sextam, & Nonam,* 9
Daniel, & tres pueri ſupplicationibus deuouerunt. Vt ſuprà *num. 3.* dictum eſt ex S. Cypriano de Sanctiſſimæ Trinitatis reuerentia, & myſterio ex his tribus horis. Et poſtea ſequũtur Patres Concilij. *Denique ad probationem Venerabilis Trinitatis, Hora TERTIA Spiritus ſanctus deſcendit, Hora SEXTA Chriſtus paſſus eſt; & in Horam NONAM patibuli cruciamenta ſuſtinuit. De Hora autem VESPERTINA, quæ diurna, & alternæ lucis occaſus eſt, in veteri Teſtamento ſolemnis celebratio eſt. Hinc David ſacrificium veſpertinum commendat, & hac Hora Chriſtus, vt Veſperum oſtenderet ſæculi, in cœnaculo myſterium Corporis, & Sanguinis ſui Apoſtolis tradidit. De COMPLETORIO autem celebrando, David ait. Si aſcendero in lectum ſtrati mei; ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Dèo Iacob. Et hac Hora Chriſtus poſitus eſt in ſepulchro. De MATVTINORVM antiquitate, & auctoritate teſtis eſt David. In Matutinis meditabor in te.* Et poſtea ſequendo ſubdunt Patres Concilij. *DILVCVLO autem proinde oratur, quia Reſurrectio Chriſti celebretur. De VIGILIARVM autem antiquitate ſatis Euangelia loquuntur,* &c. *Vndè oportet his Horis pſallendi, orandiquè frequentiam nos in Sanctis habere Officijs, finemq́; noſtrum, vel ſi aduenerit in tali actu, expectare ſecurè.*

Eſt autem quoddam genus † *Hæreticorum ſuper-* 10
uacuas existimantium ſacras Vigilias, & ſpirituali opere infructuoſas, dicentes eò iura temerari diuina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone Nictazones, id eſt, ſomnicoloſi vocantur.

ANGELORVM aſſiſtentia † in ſacris Horis 11
non eſt vllo modo tacenda, quam dictum Concilium Aquiſgranenſe *Cap. 132.* proſequitur. *Nec dubitare licet,* dicunt Patres, *Vbi Sanguinis, & Corporis Dominici geruntur myſteria, ſupernorum Ciuium adeſſe conuentus, unde ſtudendum ſolerter eſt, vt cum Eccleſiam, vel ad diuina Laudis debita ſoluenda, vel ad agendum Miſſarum ſolemnia, intramus, ſemper Angelicæ præſentiæ memores cum timore, & veneratione competenti cœleſte compleamus officium, ne ſi (quod abſit) negligenter, aut inhoneſtè, vel tepidè expleuerimus in ſententiam, quæ dicitur, Maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter, miſerabiliter labamur. Ergo ſolerti induſtria nobis obſeruandum eſt, ne quid in Eccleſia*

Dei

Dei ineptum, ne quid peruerſum, ne quid indecens, aut cogitatione, aut verbis perpetremus, quatenus, & conſpectu Domini, & Angelorum digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens non quid condemnet in nobis, ſed potius quid remuneret, inueniat. Hucuſquè ſacri Concilij Patres.

12 Septem ergo † Horarum Canonicarum inſtitutionem, numerum, & rationem abundè renemus. Non deſunt teſtimonia Patrum, & rationes de octonario numero dictarum Horarum ſeparando Laudes à Matutino. Quos conciliare nititur *Durant. dict. lib. 3. cap. 3. num. 4.* vt ſint octo Horæ Canonicæ, quando Laudes recitantur ſeparatæ à Matutino, ſecus verò ſi Matutinum cum Laudibus coniugitur, & quod runc ſint ſolum ſeptem. Quod tamen an verum ſit habes hic in præſentis Capitis *num. 20.*

Communiorem tamē aſſerit *Durant. ibid. n. 2. & 3.* opinionem Patrum, quod ſint ſeptem, & non octo, & adducit *dict. nu. 3.* rationem ex numero ſeptenario, de quo frequenter fit mentio in ſacra Scriptura, ex qua multa ibi cumulat. Communiſſimam eamdem opinionem tuetur *Marcell. Francol. de temp. Horarum Canonicarum. c. 6. n. 8. verſ. verum hæc opinio. & num. 22. verſ. Et qui poſtremò.*

Quæ opinio vltra ſæpius decantatū *Pſal. 118. Septies in die laudem dixi tibi.* † Confirmari poteſt ex his, quæ habet *Caſſian. lib. 3. de Inſtitut. Monach. lib. 3. cap. 5.* Quod inſtitutio ſolemnitatis ſeptem Horarum Canonicarum non permittat poſt Matutinos Hymnos ad ſomnum reuerti, & ſic Matutinum nō diſtinguitur à Laudibus, quod antea idem *Caſſian.* dixerat *lib. 2. cap. 13.* Et reddit rationem, ne Spiritus tepeſcat, & ne Diabolus inſidietur purificationi ex nocturnis Pſalmis acquiſitæ.

13

Addi etiam poteſt alia ratio ex *S. Gregor. Homil. 33. in Euang.* vbi dicit, † quod per numerum ſeptenarium deſignatur vniuerſitas, & quod ſic intelligitur de illa muliere, de qua Chriſtus eiecit ſeptem dæmonia, idest, vniuerſa vitia, ſicut ſeptem diebus continetur totum tempus. Ita etiam, quod ideò decentius Diuinum officium ſeptem Horis Canonicis continetur, vt numero ſeptem Horarum totum tempus deſignetur, vt ſit ſenſus, quod omni tempore Dèo ſunt preces, & Laudes perſoluendæ. † Et hoc eſt, quod dicitur *Luc. 18. Oportet ſemper orare. & Apoſtol. 1. ad Theſſal. 5. Sine intermiſſione orate.* Et *Actor. 12.* quod pro Petro in Vinculis detento, fiebat ſine intermiſſione oratio ab Eccleſia. & *Pſalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.* Et *S. Ambroſ. lib. 7. in Luc. ad c. 11.* Quādo ille media nocte petijt ſine intermiſſione

14

15

tres panes ab amico. Vbi dicit, *quod non ſolum diebus, & noctibus, ſed omnibus propè momentis orationi inuigilandum.*

Qualiter autem † intelligatur iſta continuata oratio explicat *S. Auguſtin. lib. 3. de hæreſib. ad Quod vult* eum *hæreſ. 57.* quā Nicolaus Primus in reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum refert, & ſequitur *cap. 61. Ille* (inquit) *dicitur ſemper, & ſine intermiſſione orare, qui certa orandi tempora nullo die intermittit.* 16

S. Hieronymus Epiſt. 22. ad Euſtochiū. † *Quamquam* (ait) *Apoſtolus orare nos ſēper iubeat, & Sanctis etiā ipſe ſomnus ſit oratio, tamen diuiſas orādi debemus habere horas, & ſi forte aliquo fuerimus opere detenti, ipſum nos ad officium tempus admoneat.* 17

Has duas expoſitiones ad illa loca de oratione † continua refert, & ſequitur *Durant. d. lib. 3. cap. 2. nu. 6.* vbi alios etiam cumulat in eamdem ſententiam; nimirum *S. Eligium homil. 11. in Cæna Domini. Bedam in cap. 18. Luc. S. Thom. 2. 2. quæſt. 83. art. 14.* Eamquè ſentētiam tuetur contra *Mediu. de Orat. tract. 6. quæſt. 11.* 18

Eamdemquè confirmat *S. Auguſt. Epiſt. 121. cap. 9. & 10.* cuius verba non ſunt prætermittenda, dicit autem. † *In ipſa ergo Fide, Spe, & Charitate, continuato deſiderio ſemper oramus, ſed ideò per certa interualla horarum, & temporum etiam oramus Deum, vt illis rerum ſignis nos ipſos admoneamus, quantumque in ipſo deſiderio profecerimus, nobis ipſis innoteſcamus, & ad hoc ipſum nos ipſos verius excitemus; Dignior enim ſequetur effectus, quem feruens præcedit affectus. Ac per hoc, & quod ait Apoſtolus, ſine intermiſſione orate; Quid eſt aliud, quam beata vita, quæ nulla, niſi æterna eſt, ab eo qui eam ſolus dare poteſt, ſine intermiſſione deſiderare. Semper ergo hanc à Domino Deo deſideremus, & oremus ſemper, ſed ideò ab alijs curis, ſeu negocijs, quibus ipſum deſiderium quodammodo tepeſcit, certis horis ad negocium orandi, mentem reuocemus verbis orationis, nos ipſos admonentes in id, quod deſideramus, intendere, ne quod tepeſcere cœperat, omnino frigeſcat, & penitus extinguatur, niſi frequentius inflammetur.* Hactenus S. Auguſtin. Ad idem *Nauar. de Orat. & Hor. Canon cap. 3. num. 6.* 19

Ex his, quæ dicta ſunt, quod is dicitur ſemper orare, etiam quod non ſemper oratione vocali oret, cum continuato deſiderio oratio prorogetur, vt dictum eſt ex S. Auguſtino, † apparet, inquam, ex his an ſuſtineri poſſit opinio, ſiue conciliatio Durantis, de qua paulò ſuprà *num. 12.* de octo Horis Canonicis, quando Laudes recitantur ſeorſim à Matutino, ſiue à Nocturnis. 20

Nam, vt ſuprà dictum eſt, cum Matutinum vnam

vnam Horam Canonicam cum Laudibus cōſtituat, licet ſeorſim recitentur, diſtinctio temporis interpoſiti inter Matutinum, & Laudes non diſcontinuat orationem iſtius Horæ Canonicæ, licet ſit ſolum diſcontinuatio quoad Horas nocturnas, quia tunc Matutinum recitari poteſt Hora mediæ noctis, vel alia Hora ſucceſſiua, & Laudes in Aurora, ita, vt dictum eſt, erit recitatio eiuſdem Horæ Canonicæ, quæ Matutinum dicitur, in diuerſis Horis nocturnis.

21 Quod confirmatur † ex eo, quod paulò ſuperius *num.* 13. diximus ex *Caſſian. lib.* 3. *de Inſtit. Monach. cap.* 5. *& lib.* 2. *cap.* 13. Quod poſt Matutinum non eſt reuertendum ad ſomnum, vt intelligatur, quod eſt vna Hora Canonica ex Matutino, & Laudibus compoſita.

Ex quibus manet firma concluſio, quod ſeptem, & non octo ſunt Horæ Canonicæ, videlicet, Matutinum, cum Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium.

Et licet in triginta Tabulis poſitis inferius in
22 *Cap.* 22. † Laudes diſtinctæ à Matutino fuerint notatæ, hoc ideò factum eſt, non quod cenſeamus eſſe Horas Canonicas diſtinctas, & ſeparatas, ſed ad effectum ponendi initium Auroræ in cuius tempore Laudes recitantur, quod eſt diſtinctum à tempore Matutini in Hora Matutino aſſignata in dictis Tabulis, nimirum media inter mediam noctem, & ortum Solis, licet aliquando cum ipſo concurrat, & etiam præcedat, vt in dictis Tabulis eſt manifeſtum. Et eò magis, quia initum Auroræ ſcire deſeruit etiam pro initio celebrationis Miſſarum, vt dicemus infrà *Cap.* 19.

23 Cur autem Horæ Laudibus † aſſignatæ, quæ, vt diximus indicant initium Auroræ, aliquando ſequantur, aliquando concurrant, & aliquando præueniant Horam Matutino aſcriptam, in infraſcriptis Triginta Tabulis in *Cap.* 22. Horam nimirum mediam inter mediam noctem, & ortu Solis.

Ratio eſt, quia quantitas Crepuſcoli tàm Matutini, quàm Veſpertini, quæ in iiſdem diebus æqualia ſunt, aliquando eſt minor, aliquando æqualis, & aliquando eſt maior ſpatio intercepto inter Horam mediam inter mediam noctem, & ortum Solis.

Vnde quando Aurora eſt minor dicto ſpatio, tunc Horæ Laudum quæ ſunt initium Auroræ, & principium celebrationis Miſſarum, vt dicemus *Cap.* 19. ſemper poſteriores erũt, & ſequentur Horas Matutini, cum Aurora incipiat poſt Horam illam intermediã inter mediam noctem, & ortum Solis. Quando verò Aurora eſt æqualis dicto ſpatio, quia in eadem Hora Matutini fulgere incipit, tunc concurrit Hora Matutini cum Hora Laudum, Auroræ, & celebrationis Miſſarum. Quando deniquè Aurora eſt maior præſato ſpatio, quia illuceſcit ante Horam Matutini, tunc dicta Hora Laudum præueniet Horam Matutini.

Auroræ quantitas minor eſt dicto ſpatio intermedio inter mediam noctem, & ortum Solis, vel quod idem eſt, minor eſt ſpatio trium Horarum inæqualium nocturnarum, ab Hora nimirum nona vſquè ad duodecimam, à Sphera recta vſquè ad Polum Borealem eleuatum Grad. 42. loquendo in Gradibus integris abſquè minutis ſub qua eleuatione habetur ferè Vrbs Roma.

Et in dicta eleuatione Sole exiſtēte in Gr 15. Geminorum, Auroræ quantitas minor eſt vno ſolo minuto dicto ſpatio intermedio inter mediam noctem, & ortum Solis illius diei, vt patet ex Tabula XV. inferius poſita in *Cap.* 22. quæ eſt pro dicta eleuatione Poli Gr. 42. vbi in die 6. Iunij, quæ reſpondet circiter dicto Gr. 15. Geminorũ habetur pro Matutini initio hor. 6. min. 48. & pro initio Laudum, & Auroræ hor. 6. min. 49. Et ſic vno tantum minuto Matutini hora ſperat initium Laudum.

Id quod ex calculo ipſo comprobatur, nam vt patet ex noſtris Tabulis Aſtronomicis Canone Secundo, De Arcubus Semidiurnis in Tabula eleuationis Poli Gr. 42. Arcus Semidiurnus in dicto Gr. 15. Geminorum eſt hor. 7. m. 28. ſec. 16. quod etiam habetur infrà in *Cap.* 25. quę eſt Arcuum Semidiurnorũ in Tabuli Poli Gr. 42. in die 6. Iunij, qui Arcus Semidiurnus (relictis ſecundis cum ſint minus quàm 30.) repertus infrà in *Cap.* 26. initij Horarum Canonicarum iuxtà Horas Italicas, exhibet initium Matutini hor. 6. min. 48.

Hora verò initij Laudum, ſiue Auroræ, habetur, ſi ex quantitate noctis auferatur quantitas Crepuſculi, ſiue Auroræ eiuſdem diei. Quantitas noctis, vt patet ex dicto *Cap.* 26. eſt hor. 9. min. 4. in dicto Arcu Semidiurno hor. 7. min. 28. Auroræ verò quantitas habetur in dictis noſtris Tabulis Aſtronomicis *Can.* 3. quod eſt de Crepuſcolis hor. 2. min. 14. ſec. 36. nimirum hor. 2. min. 15. quod etiam habetur infrà *Cap.* 25. quod etiam eſt de Crepuſcolis. Vbi in dicta die 6. Iunij Aurora eſt hor. 2. min. 15.

Si ergo ex hor. 9. min. 4. quæ eſt quantitas noctis, auferatur dicta quantitas Auroræ h. 2. m. 15. remanebunt hor. 6. min. 49. Et propterea, vt dictum eſt, initium Matutini vno ſolo minuto ſuperàt initium Auroræ, & Laudum, cum ſit vno tantum minuto minor.

In eleuatione Poli Gr. 41. min. 30. in Solſtitio Aeſtiuo ex calculo apparet, quod initium

F Aurora

Aurora vno ſolum minuto maior eſt initio Matutini, cum Aurora incipiat hor. 6. min. 44. Matutinum verò hor. 6. min. 45. & ſic per vnum minutum poſt Auroræ inium.

Hucuſquè de minoritate quantitatis Auroræ reſpectu initij Matutini, & initij ipſius Auroræ, & Laudum, ita vt Matutinum præcedat Horam Laudum in Gradibus integris eleuationum Poli à Sphera recta vſquè ad Gr. 15. Geminorum, qui eſt circiter in die 6. Iunij in Polo eleuato Gr. 42.

A dicta die 6. Iunij in dicto Polo Gr. 42. omittendo minuta, & tempora præciſa cum ad præſentia non ſpectent, incipit creſcere initium Auroræ ſuprà initium Matutini. Et ita vides in dicto *Cap.* 22. in Tabula 15. Poli 42. in die 9. Iunij, quod initium Laudum eſt hor. 6. min. 44. & initium Matutini eſt hor. 6. min. 45. & ſic citius Aurora ſurgit, quàm ſit initium Matutini vno ſolum minuto. Et ita vlterius in reliquis diebus ſemper magis creſcit vſquè ad diem 22. Iunij in Solſtitio Aeſtiuo, à quo poſtea paulatim decreſcit vſq. ad Gr. 15. Cancri, reſpondenti Gr. 15. Geminorum, qui Gr. 15. Cancri reſpondet diei 8. Iulij, in in quo vt vides in dicta Tabula 15. Capitis 22. dicta die 8. Iulij, hora 6. min. 48. Matutini, præcedit Horam Laudum, & Auroræ vno tantum minuto, cum ſit earum initium hor. 6. min. 49.

Atquè ita in ſequentibus eleuationibus, vt eſt videre in dictis Tabulis *Cap.* 22. à Tabula 15. & ſequentibus ante, & poſt Solſtitia ſemper magis creſcendo Aurora citius fulgeſcit quàm ſit initium Matutini, Horam ſcilicet mediam inter mediam noctem, & ortum Solis. Quod etiam accidit ante, & poſt lucem continuam, à Tabula 18. in dicto *Cap.* 22. pro Polo eleuato Gr. 51.

Stat ergo firma regula, quod quando quantitas Auroræ eſt minor ſpatio intercepto inter mediam noctem, & ortum Solis, tunc Hora Matutini præcedit initiū Auroræ, & Laudum; Quandò verò eſt maior, tunc Hora Laudum præcedit Horam Matutini, quando deniquè eſt æqualis, tunc in eodē puncto concurrunt Hora Matutini, & Laudum. Et licet de hoc vltimo nullū ſit appoſitum exemplum, quia tamen hoc eſt ſatis ex ſe clarū, ideò non cenſuimus, in hic immorandū.

Explicata hucuſquè cauſa, cur Horæ Laudū, & Auroræ aliquando ſequantur, & aliquando præueniant Horam Matutini, & aliquando etiam
14 coincidāt: † Supereſt modò, vt breuiter exponamus, cum Laudes numquàm præcedant, nequè concomitentur Matutinum, ſed ſemper ſequantur, quomodo fieri poteſt, ſi Hora Laudum præcedit, vel concurrit cum Hora Matutini, vt eius recitatio etiam non præcedat, vel concomitetur ipſius Matutini recitationem?

Reſponſio breuis eſt, & facilis cum vno præſuppoſito, videlicet, quod Horæ in noſtris Tabulis notatæ in Matutino, Laudibus, & alijs Horis Canonicis indicāt Initium recitationis, ſiue durationis Horarum Canonicarum, non finem ipſarum. Vnde quando Horæ Laudum præueniunt Horam Matutini, non ſignificant Laudes dicendas ante Matutinum, ſed tantum denotant initium Laudum eſſe ante Matutinum, non tamen eſſe recitandum ante, ſed poſt Matutinum, cum tempus Laudum extendatur per totum tempus quo durat Aurora, quod durat ad minus hor. 1. min. 12. & quando initiū Laudum præcedit Matutini Horam, ſemper Aurora protenditur vltrà duas horas, vt patet ex Tabulis Crepuſculorum *Cap.* 25. & tāto tēpore cōmodiſſimè expletur tēpus recitationis Matutini, & Laudū, cū nō ſit neceſſariū, quod Laudes in principio Auroræ dicātur, cum poſſint dici in principio, quādo præceſſit Matutinū, in medio, & in fine ipſius Auroræ.

Ex quibus omnibus tollitur occaſio, quod aliqui mirabantur, cur Horæ Laudum præcederent, cum Horis Matutini, vel concurrerent cum horis Matutini, ceſſat enim admiratio, ſi in Laudibus conſideretur extenſio recitationis per totam Auroræ durationem, quæ protenditur poſt finē recitationis Matutini; cum tempus Laudum duret per totum tempus Auroræ, quod excedit ſemper duas Horas, quando Laudum Horæ præcedunt Horam Matutini, vt dictum eſt. 25

Ceſſat autem iſta præcedētia, † ſiue anticipatio Horæ Laudū, quoad Horas Matutini, quando Aurora eſt continua tota nocte, & ſic eſt lux continua Sole infrà Horizontem exiſtēte, quod contingit à Polo eleuato Gr. 48. min. 30. in Solſtitio Aeſtiuo Cancri, in hemiſpherio Boreali, & in Tropico Capricorni in hemiſpherio Auſtrali, vt dicemus infrà *Cap.* 19. poſt *nu.* 13. in Digreſſione de Aurora. Et demonſtrabimus in *Cap.* 24. *nu.* 5. Et fuſius in *Cap.* 25. vbi in ſpecie de Crepuſculis agemus.

Cum enim ſtante luce cōtinua Sole infrà Horizontem exiſtente non habeamus dictæ Auroræ initium, cum ſit Aurora, & Crepuſculum continuum ante Solis ortum, & poſt eiuſdem occaſum, propterea cum dicta lux non habeat terminum ratione principij de mane, nequè de ſerò ratione finis: Ideò non poteſt aſſignari Hora principij Laudum, ſed ſemper ſequuntur Matutinum, abſquè alia determinatione Horarum. Nec etiam initium celebrationis Miſſarum, nequè finis Crepuſculi, & acquiſitionis Indulgentiarum, prout ea Hora habetur in Aurora terminata ratione principij, & etiam definita ratione finis pro Crepuſculis.

Septem

Septem Horæ Canonicæ, quibus Horis Inæqualibus reſpondeant.

CAP. XVII.

SVMMARIVM.

1 *HoræCanonicæ regulātur ab Horis Inæqualib.*

2 *Matutini Horam determinare iuxtà Horas inæquales difficilè eſt propter varias Doctorum opiniones.*

3 *Chriſtianorum antiquus vſus in oratione nocturna.*

4 *Matutino non vna ſolum, ſed plures Horæ inæquales nocturnæ reſpondent.*

5 *Matutinum à multis Religioſis recitatur in ipſa media nocte.*

6 *Matutinum qui recitant in media nocte, illud recitant in ſua Hora, qui verò ante, vel poſt illud recitant extrà ſuam Horam.*

7 *Matutinū poteſt recitari poſt Veſperas pro die ſequenti, ex ſententia S. Thom. Et explicatur iſta ſententia S. Thomæ à Francol.*

10 *Indulgentiæ incipiunt à primis Veſperis feſti poſt Nonam illius diei.*

11 *Matutinum ſi celebratur poſt mediam noctem, tempore intermedio inter mediam noctem, & ortum Solis, tunc celebratur Hora Canonica Matutini etiam in ſua Hora nocturna.*

12 *Matutinum decenter celebratur dicto tempore intermedio inter mediam noctem, & ortum Solis.*

13 *Matutinum dicto tempore celebrandum probāt Doct. communiter.*

14 *Matutinum dicto tempore celebrandum, quia ita Romæ antiquitus celebrabatur.*

15 *Matutinum dicto tempore intermedio inter mediam noctem, & Solis ortum recitant multi Religioſi.*

16 *Matutinum quando diuerſis Horis recitatur, fit quodammodo Deo laus perennis.*

17 *Matutinum quando diuerſis Horis recitatur per campanæ ſonum laici Deum laudant.*

18 *Matutinum recitans in ortu, vel poſt Solis ortum, illa Hora quo recitatur dicuntur debita ex conſuetudine.*

20 *Matutinum recitandi conſuetudo in ortu, vel poſt Solis ortum videtur rationabilis, propter humanam fragilitatem, vt num. 21.*

21 *Humanæ fragilitati multa ſunt ignoſcenda propter ſerotinam Horarum Canonicarum recitationem.*

22 *Moderni Chriſtiani ab antiquis ſpiritu, & merito ſatis diſtant.*

23 *Diuinum officium Canonici iuxtà eorum conſuetudinem recitare poſſunt.*

24 *Canonici qualiter Diuinum officium recitare deberent de conſilio Francolini.*

25 *Diuinum officium recitādi morem ab antiquis Chriſtianis ſatis à modernis differentem narrat Nauarr.*

26 *Matutini recitatio tribus temporibus diſtincta ex ſuperioribus epilogata.*

27 *Matutini, & omnium Horarum Canonicarum recitatio publica in quibuſdam Eccleſijs exalata.*

28 *Capuccinorum Fratrum vita laudatur.*

29 *Matutinum, & alias Horas Canonicas qui publicè in Eccleſijs non recitant, nō poſſunt nec negligentiæ vitio, neque diligentia notari.*

30 *Matutinum qui publicè in Eccleſia non recitant, non poſſunt dicere, quod laudant Deum in Eccleſia.*

31 *Matutinum in eorum Eccleſijs non recitantes publicè aſſimilantur Eccleſijs abſque pictura.*

32 *Matutinum in eorum Eccleſijs non recitantes videntur noua mundum arte deludere.*

34 *Matutinum in Eccleſijs eorum non recitantes, videntur iuxtà Pſalmum, os habere, & non loqui.*

35 *Matutinum, vt ſuprà, in Eccleſijs non recitātes priuant Angelos gaudio ſicut etiam quotidie non celebrantes non impediti.*

36 *Prima Hora Canonica, & aliæ ſequentes quibus Horis inæqualibus diurnis reſpondeat.*

37 *Hora cuilibet Canonica, quæ Hora diurnæ debeantur.*

38 *Horarum diſtinctio defenditur à Francolino contrà Nauar. & Conar.*

39 *Prima Canonica longè ante Caſſianum fuit inſtituta.*

40 *Prima Hora Canonica eſt recitanda orto Sole.*

41 *Mane quid ſignificet in recitatione Horarum Canonicarum.*

42 *Veſperarum officium dicitur lucernarium.*

43 *Completorium olim de nocte, nunc autem ante diei finem decantatur, & ponitur ratio.*

44 *Completorio intereſſe valdè proficuum implorationem auxilij à B. Virgine.*

DIXIMVS ſuperius *Cap. 15. num. 8.* quod Eccleſia Romana † vtitur Horis antiquis, 1
ſiue inæqualibus, in Diuini offici; recitatione, iuxtà quas Horas, vt ibidem aduertimus, quælibet dies nocte maior, vel minor, aut æqualis in duodecim Horas æquales diuiditur, prout etiam quælibet nox in totidem Horas diſtinguitur.

Vt autem ſingulis Horis Canonicis reſpondentes Horas inæquales aſſignemus, initium ſumemus à Matutino à quo etiam incipit Officium Eccleſiaſticum,

Digitized by Google

2 MATVTINI Horam Canonicam, † cui Horæ Inæquali reſpondeat, in qua ſit recitandum, non eſt ita facile determinare, propter varias Doctorum opiniones, in quo cum non intendamus nec longas contexere diſputationes, neque tractatus componere, ideò reſolutiuè, & iuxtà communiores procedemus opiniones.

Difficultas terminandi Horam Matutini oritur ex varietate obſeruationis antiquorũ Chriſtianorum in oratione nocturna, vt fusè *Nauar. de Orat. cap. 3. num. 30. vſquè ad* 34.

3 Aliqui enim † noctem diuidebant more militari in quatuor Vigilias, quarum ſingulæ tribus Horis continebantur, & in qualibet earum orabant, & in primis tribus tres Nocturnos, & in quarta Laudes recitabant *S. Iſidor. de Eccleſ. offic. cap. 13. Thom. Vualdenſ. de Sacramental. cap. 24.* imitantes Eſdram, vt habetur *Eſdr. 2. cap. 9.* Et vltrà prædicta, quæ noctu faciebant, pronunciabant interdiu Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, & Completorium, ſingulas earum ſingulariter ſeparatis Horis.

Et ex ipſis antiquis Chriſtianis, aliqui prius, aliqui tardius tribus vicibus qualibet nocte ſurgebant, & ad Eccleſiam ad orandum conueniebant. In prima Vigilia, quando plebs dormiebat ſurgebant ſoli clerici, qui tempeſtiuè cubabant; Poſt verò mediam noctem, clerici, & coniugati tàm fœmininæ, quàm mores. Antequam autem illuceſceret, omnes non ſolum clerici, & coniugati, ſed etiam ſoluti, & pueri, ac puellæ. Poſtea verò refrigeſcente charitate, & creſcente malitia, multa mala, & turpia in illis Congregationibus noctium fiebãt, factum eſt, vt non ſolum omnes eas nõ adirent, ſed nec pauci præter clericos, & tandem non omnes clerici, imò nec omnes Canonici etiam Eccleſiarum Cathedralium, vt meritò *Nauar.* vbi ſuprà vehementer, & meritò conqueratur de negligẽtia, & noſtrorum temporum miſeria, prout idèm facit *Francol. de Hor. Canon. cap. 24. à nu. 19. vſquè ad fin. & cap. 26.* Et de iſtis Vigilijs fusè *Durant. lib. 2. cap 4.*

4 Hora verò inæqualis, quę † Matutino reſpondet, non eſt vna ſolum Hora, ſed plures, nimirum, à media nocte, vſquè ad ortum Solis, à Sexta, videlicet Hora nocturna vſquè ad duodecimam. Non ſolum ea ratione, quia dicitur *Pſalm. 118. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Sed etiam, quia eo tempore Chriſtus natus eſt. *Sap. 18. Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus à regalibus ſedibus venit,* cum alijs adductis à *Durant. lib. 3. cap. 6. num. 6.* Et à multis Religioſis recitatur iſta Hora Ca-

5 nonica Matutini, † quæ dat initiũ Diuino officio in ipſius mediæ noctis ſilentio, tùm quod durius eſt ea Hora ſuſcitari à ſomno, cum eo tempore ſomnus ſit grauior, tùm etiã quia ea Hora multis gloriæ inſignibus illuſtretur, vt per S. Hieronym. in dicto *Pſal. 118.* in verbis, *Media nocte ſurgebam.* vbi complura mediæ noctis teſtimonia commemorat.

Qui ergo Matutinum in media nocte recitãt, 6 † Horam hanc Canonicam in ſua Hora perſoluunt. Quia tamen iſta Hora tàm in publica, quàm in priuata recitatione poteſt præueniri, & ſubſequi, tunc recitatur quidem iſta Hora Canonica, ſed extrà ſuam Horam, quæ, vt diximus, eſt à media nocte vſquè ad auroram. Ita, vt dicemus, vt etiam ſit Hora ſua, & ſic Matutini, totum tempus à media nocte vſquè ad Auroram.

7 Præueniri autẽ † poteſt in priuata recitatione, non ſolum à media nocte retrò vſquè ad Solis occaſum, ſed etiam vſquè ad tẽpus Veſperarum (quod etiam fit in publica recitatione in hebdomada Maiori) vt dicit *S. Thom.* in quodlibet 5. *art. vlt. ad prim.* quod ſi quis poſt dictas Veſperas, & Completorium dicat Matutinum, hoc pertinet ad diem ſequentem.

Quam S. Thomæ ſententiam *Francol. cap. 25. num. 4. verſ. Exiſtimo ſaluo tamen,* 8 † Intelligit quod tunc incipiat tempus pro Matutino, cum primum in Eccleſijs communiter ſi ita fuerit celebratio Veſperarum, & Completorij ſimul. 9 † Vbi etiam hanc ſuam ſententiam explicat, quæ hoc continet.

Quod à primis Veſperis, ſcilicet finita Nona Hora incipit dies ſequens, fiunt enim Veſperæ de feſto ſequenti, quibus abſolutis cum Completorio poteſt Matutinum recitari, cum illud tempus ſpectet ad diem ſequentem. 10 † A qua Hora Veſperarum Indulgẽtiæ conceſſæ pro diebus feſtis incipiunt à primis Veſperis feſti, quia illud tempus Veſperarum ſecundum Eccleſiam ſpectat ad diem ſequentem *Nauar. de Orat. & Hor. Canon. Cap. 3. n. 60. verſ. ſecũdò rectè dictum.*

Subſequi etiam poteſt tàm publica, quàm 11 priuata Matutini recitatio † Horam mediæ noctis, & ante ortum Solis, & recitari Hora intermedia inter Horam mediæ noctis, & ortũ Solis, in fine nimirum tertiæ Vigiliæ; & in principio quartæ, quæ eſt finis Horæ Nonæ nocturnæ, & principium decimæ, ſiue vnus tantũ ſit Nocturnus in Matutino recitandus, vt in ferijs, & feſtis ſimplicibus, ſiue tres Nocturni, vt in Dominicis, & feſtis non ſimplicibus. Ita vt Laudes ante Solis ortum in clara luce Auroræ finiantur. Et tunc celebrabitur Hora Canonica Matutini in ſua Hora nocturna, cum, vt dictum eſt, hæc

con-

continentur in tempore à media nocte vſquè
ad ortum Solis, quod tempus nocturnum com-
petit dictæ Horæ Matutini Canonicæ.
12 Et cum in Hymnis † nocturnorum frequens
habeatur noctis mentio, & in eis indicetur ali-
quam noctis partem ſomno, & refectioni mem-
brorum tributam, tranſactam eſſe, vt in Hymno
primo Dominicę ad Matutinum *Pulſis procul tor-
poribus, Surgamus omnes ocyus.* Et in ſecũdo Hym-
no. *Nocte ſurgentes vigilemus omnes.* Et feria 2.
Somno refectis artubus. Et in alijs multis. Cumq.
in Laudum Hymnis expreſsè fiat mẽtio de lucis
aduentu, propterea tale tempus non ſolum non
eſt indecens, ſed eſt eligendum, ſi Laudes con-
tinuato cantu ſtatim poſt Nocturnos celebrãdæ
ſunt, vt & Nocturni in nocte, & Laudes in mane
concinantur. Quod non alia ratione fieri poteſt,
niſi officium nocturnorum circà finem tertię Vi-
giliæ, vt dictum eſt, inchoetur.
13 Quod tempus pro Matutino † communiter
probant *Doct. Antonin. 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 4.
Nicol. de Plo. in tract. Sacerd. in par. de Hor. Canon.
quaſt. 15. Nauar. in Manual. de Orat. cap. 3 nu. 39.*
quos poſt alios refert, & ſequitur *Francol. cap. 5.
num. 18.*
Et hoc quod diximus de hac Hora recitandi
Matutinum hoc tempore intermedio inter me-
diam noctem, & Solis ortum fusè ipſe *Francol.*
proſequitur à *num. 16.* vſquè ad finem. Vbi dili-
genter, & doctè multa cumulat pro obſeruantia
recitationis Matutini in hac Hora nocturna.
Et *num. 19.* dicit, quod videtur ita fuiſſe antiqui-
tus Romæ obſeruatum, ex ordine Romano anti-
quo. cuius fragmenta ipſe refert.
14 Quod etiam † confirmat *Io. Stephan. Durant.
lib. 3. cap. 6. num. 4.* cuius verba hæc ſunt. *Roma
quoquè id vſu receptum* (nimirum recitandi Ma-
tutinum in finæ tertiæ Vigiliæ) *indicat Amalar.
Fortun. in lib. de ordin. Antiph cap. 4. Sancta,* in-
quit, *Romana Eccleſia hoc ſpeciatim nobis inſinuat
per ſuam conſuetudinem. Ipſa enim quocumque or-
dine, vel numero Lectionum viderit Matutinum
procedere, vt audiui, dimittit nocturnale Officium,
& incipit Matutinale. Periculoſum eſt enim tran-
ſgredi terminos Patrum, hoc eſt, niſi aut in matu-
ritate iuxtà auctoritatem Propheta ſurgamus, aut
iuxtà conſuetudinem noſtra fragilitatis in gallici-
nio. Qua verba de gallicinio ſecundo procul dubio
interpretanda ſunt.* Hucuſquè Durantes.
15 Hac Hora inter mediam † noctem, & Solis or-
tum, quæ eſt initium Horæ decimæ nocturnæ
inæqualis, ſurgunt hic Romæ ad Matutini cum
Laudibus recitationem multi Religioſi, & Cle-
rici reformati, Regulares, vt Fratres Ordinis Prę-
dicatorum, Ordinis S. Auguſtini, S. Franciſci
Conuentuales, Clerici vt Barnabitæ, Theatini,
& alij multi. Et *Durant. d. cap. 6. num. 8. in fin.*
Idem dicit de Canonicis Cathedralium, & Col-
legiatarum Eccleſiarum Pariſienſibus, qui reci-
tant Nocturnos cum Laudibus ante Auroram.
Cum & auctoritate, & conſuetudine nitantur,
nequè Eccleſiæ inutile ſit ab his ante Auroram,
ab alijs media nocte Matutinũ decantari. † Tum 16
quod vtriuſquè varijs Horis Deum laudantibus
diuina Maieſtas omni ferè Hora laudetur, ſitquè
quodammodo laus perennis. † Tum quod au- 17
ctore *Nauar. de Orat. cap 3. num. 39. & 40.* laici
campanæ ſonitu moniti media nocte, necnon
ante Auroram, vel lecto ſurgentes, vel etiam
iacentes Deum varijs modis colllaudant.
In triginta & vna Tabulis poſitis infrà *Cap. 22.*
in ſingulis ternis anni diebus aſſignauimus in
Matutiuo Horam mediã inter mediam noctem,
& Solis ortum iuxtà proximè dicta.
Subſequi etiã poteſt ſecũdò Horã mediæ no-
ctis Matutini recitatio tàm publica, quã priuata
† vſquè ad ortum Solis, imò etiam aliquãdo per 18
aliquas Horas poſt dictum Solis ortum. vt vide-
mus fieri Romæ in Eccleſijs Patriarchalibus, &
Collegiatis, vbi Canonici conueniunt manè fa-
cro ad Matutini, & aliarum Horarum Canoni-
carum vſquè ad Nonæ incluſiuè recitationem.
Et iſtæ Horę ad recitandum poſt Solis ortum,
dicuntur eo tempore † debitę ex conſuetudine; 19
ita *Nauar.* poſt *Palud. Antonin & Syluest. dict. c. 3.
num. 39. verſ. Cui conſequens.*
In quibus conſuetudo † videtur rationabilis, 20
cum Canonici non habitent in ipſis Eccleſijs,
ideò non poſſunt ita facilè conuenire. Ex quo
ipſis videtur compatiendum ad vltimam Horam
conuenientibus non ad laborandum in vinea, de
qua *Matth. 20.* ſed ad gaudendum, & lætãdum,
vt initio diximus in Proœmio, in Eccleſia, & do-
mo Dei, faxit Deus, vt ſint pares illis, qui ſum-
mo manè portarunt pondus diei, & æſtus.
Multa enim, dicit *Francolin. cap. 24. num. 23.*
ignoſcenda ſunt † humanæ fragilitati, multa etiã 21
temporum miſeriæ condonanda, defectus enim
noſtrorum temporum (ſic olim dicebat *Pelagius
in cap. fraternitatis. diſt. 34.* ſed hodie maximè
dicendum eſt) quibus non ſolum merita, ſed
corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis
illius non patitur manere cenſuram. Vbi etiam
refert *Smaragdi Abbat. in Regul. S. Bened. cap. 20.*
notabilem ſententiã, qui cum videret antiquum
orandi morem in deſuetudinem abijſſe, ita ſub-
iungit. † *Modo verò apud nos aliter, atquè aliter* 22
*habetur, quantò enim ſerotini à primitiuis, tantò
longius vita merito ab antiquis diſtamus Patribus,
illi enim erant ſpiritu feruentes, nos autem tepidi,*

Digitized by Google

& manſerim facilius, ſumus tamen in miſericordia Domini ſperantes. Hæc Smaragdus, & ſequitur

23 *Arancolin: illam itaque facturos Canonicos, & reliquos Eccleſiæ miniſtros, putandum eſt, ſi ſuas conſuetudines ſecuti, diem in duas partes diſtribuant, & mane quidem à Matutino vſque ad Nonam (intellige, incluſiuè; cum etiam ſit ipſa Nona recitanda) totum Officium perſoluant, poſt prandium verò Veſperas, & Completoriũ ſimul canant.*

24 Et eoſdem Canonicos hortatur, † vt manè citius euigilantes, per aliquam Horam ante Solis ortum Matutinum incipiant, ſerò verò non niſi poſt vigeſimam primam diei Horam (more Italorum loquendo) Veſperarũ celebrationem aſſumant cum Completorio, niſi concio, vel lectio, aut impedimentum aliud ſuadeat.

Ad eumdem propoſitum non ſunt omittẽda, quæ dicit *Nauar. de Orat. & Hor. Canon. cap. 3. num. 33.* Vbi poſt expoſitum antiquum Chriſtianorum orandi morem, ita ſubiungit. † *Quæ omnia retuli, Chriſtiane Lector, vt conſideremus per*

25 *Deum, & repetemus omnes, quàm magnus erat ille ardor, & deſiderium, quo ardebant noſtri prædeceſſores inſeruiendi noſtro Creatori, & Redemptori. Quanta cura, & ſollicitudine inuigilabant nocte, & die, & quàm parum gaudebant eò quod iam ſuas Horas abſoluiſſent, & ab obligatione eas dicendi iam ſoluti eſſent, vt nũc plerique gaudemus, quantoque magis optabant reuerti ad orandum, & colloquendum cum Deo, petendiq. ab eo opem, gratiam, quam nos? Illi edebant, & bibebant, vt poſſent recitare, & orare, nos verò recitamus, & oramus, vt poſſimus habere, quod edamus, & bibamus. Illi ſe exercebãt alijs operis, vt ſi per illas alentes poſſent melius orare, & affligebantur deſiderio aduentus temporis orandi, quippè quorum animis oratio erat refrigerium, requies, & ſolatium. Nos verò contrà affligimur deſiderio finis orandi, & Horas recitãdi, & aduentus horæ edendi, bibendi, confabulandi, & ludendi.* Hæc pius, & doctus *Nauar.* vbi etiã vlterius proſequitur, quę apud eum videri poterunt,

26 Hactenus de Hora Matutini † tàm publica, quàm priuata, & de his, qui eam recitãt in Hora nocturna ipſi Horæ Canonicæ reſpondenti, & vt diximus, ſunt, qui in media nocte eam perſoluunt: Quibus pro fine accedunt, qui in fine tertiæ, vel in principio quartæ Vigiliæ eam adimplent: prout Matutini Horam notauimus in Tabulis infra poſitis in *Cap. 22.* Longius verò abſunt, qui poſt Solis ortum conueniunt.

27 SED quid dicemus de his, † qui in nulla prædictarum Horarum, nec de nocte, neque de die in eorum Eccleſijs ad Horas Canonicas inuigilant, ſed eas à publica recitatione excludũt, & vltrò exulare permittunt, non loquimur de impeditis, de quibus ſuprà *Cap. 4.* diximus. Sed de his, qui nullo legitimo excuſantur impedimento, & quotidie per Vrbem, & Vrbes vagantur, negociando tota die, & in plateis, alijsq locis excurrunt, in ſignum viſibile nõ adeſſe cauſam, quæ eos impediat, vt in eorũ Eccleſijs obmuteſcant, ad inſtar pſitichorum, qui in feneſtris vociferantur, & domi tacent. Et hoc eſt de quo conqueritur Bonifacius Octauus in *cap. quia per ambitioſam, fin. de reſcript. in 6.* Vbi de omiſſione officij propter vagationes, & diſſolutiones cauſatas, vt ibi dicitur, ex nimia, & importuna indulgentia percipiendi fructus beneficiorum, cum alijs ibidem expreſſis. In quo neminem offendere, nec cuiquam præiudicare intendimus, nam de his ſolum intelligimus, qui in dictæ negligentiæ nauigãt pelago, ſi qui tales ſunt, ſi verò huiuſmodi non reperiantur, ſit Deo laus. Sed ſi qui adſunt, qui vtinam non adeſſent, non vt eos confundamus hæc ſcribimus, ſed vt eos ſolum, vt Apoſtolici verbis vtamur *1. Cor. 4.* vti fratres cariſſimos moneamus. Et de his etiam præſertim loquimur, qui Eccleſias habent capaces, perſonarum numerum indeficientem, & ad Diuina officia perſoluenda omnia neceſſaria, vt omninò excluſa ſit excuſatio paupertatis, cum pauperrimi qui vix victum, & veſtitum, vel & melius, vix alimenta, & operimenta, quibus tegantur (vt dicit *Caſſian. lib. 1. de inſtitut. Monach. c. 3. ex Apoſtol. 1. ad Timoth. 6.*) habent, dictum Diuinum officium etiã media nocte perſoluant,

inter quos non poſtremum locum obtinent Fratres Familiæ Franciſcanæ, † & inter eos Venerabiles Patres Capuccini, non ſpernẽdo alios Religioſos, qui eodem tempore, vel etiam tardius ad idem penſum exoluendum ſurgunt, ſed de illis feci mentionem, quorum omnibus, & præſertim apud me vita eſt cognita non in voce tantum, ſed in fractione panis, & in omnibus neceſſarijs extrema laborant egeſtate, cum nec habeant, neque à ſponte dantibus vltrà neceſſitatem accipiant, & hoc ſecundum caput eſt refugium multorum, qui excuſant non habere, ſed ab alijs data, & petita accipere vltrà eorum neceſſitatem, & quoad Patres Capuccinos aliàs id conſiderauit Sacra Rota coràm bo. me. R P D. Orano in cauſa Romana Vineæ de Pannolinis Lunæ 15. Februarij. 1599.

Talibus autẽ Clericis, † vel Religioſis, qui publicam in eorum Eccleſijs recitationem Diuini officij prætermittunt, vt etiam ab eis aliàs vſitatam antiquent, nec diligentiæ, neque negligentiæ notam inurere poſſumus ex ſententia Iuriſconſ. *in l. decem. 116. de verb. oblig.* ceſſãte enim recitatione Horarũ Canonicarum, ceſſãt etiam eius

eius qualitates, quæ ſunt diligētia, & negligentia, cum non entis nullæ ſint qualitates vulgat. *l. eius, qui in prouincia ff. ſi cert. pet.*

30 Nec iſti tales poſſunt † dicere cum Propheta Regio *Pſalm. 21. In medio Eccleſiæ laudabo te.* Et paulò infrà. *Apud te laus mea in Eccleſia magna.* Et *Pſalm. 149. Cantate Domino canticum nouum; laus eius in Eccleſia Sanctorum.* Nam officium diuinum propriè dicuntur preces, & Laudes diuinæ, licet enim Deus laudetur etiam alijs modis per ſacrificia, & cōfeſſiones, tamē à Gregorio XIII. in Bulla Correctionis Anni, dicitur quod prima pars Breuiarij continet preces, Laudesq. diuinas, quæ feſtis, profeſtisq. diebus perſoluuntur. A quibus tamen recitādis in Eccleſia, prout omnes alij obſeruant, præfati abſtinent in maximam diuini cultus diminutionem, qui conſiſtit in celebratione Diuinorum officiorum, *cap. ex parte. de conſtit. cap. fin. de reſcript. in 6. Petr. de Vbald. in tractat. de Canonica Epiſcop. & paroch. cap. 8. incip. Venio ad ſeptimum Capitulum principale, num. 6.* refert, & ſequitur *Rota coràm Gypſio in vna Calagurritana beneficij de Arriola, Vener. 18. Iunij 1593. incip. Vna tantum pars. Eſt deciſ. 45. in eius lib. 2. in manuſcript.*

31 Et videtur, quod iſti tales † aſſimilari poſſint illis Eccleſijs, in quibus non adeſt pictura, de quibus extat aurea illa ſententia S. Iſidori diſcipuli S. Ioannis Chryſoſtomi, prędicata in Cōcilio Nyceno *Act. 1.* qua dicitur. *Templi nulla ratio, quod non ornatur imagine.* Quam etiam ex ſcripſit S. Ioannes Damaſcenus *lib. 3.* de Imaginibus, vt notat Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrolog. Rom. 4. Febr. ad pręfatū S. Iſidorum. Nam ſicut pictura ignorantes ad deuotionem excitantur, & ad pietatis commotionem, vt inquit Concilium Moguntinum Quartum *cap. 41. & 42.* & remiſſiuè Concil. Trid. *ſeſſ. 25.* Ita alij inflammantur diuinorum recitatione præſertim Pſalmodijs, & Hymnodijs ſacrarum Horarum Canonicarum, vt ſuo loco ſuperius diximus.

32 Niſi de ijs dicere velimus, † quod dicitur de S. Alexio, quod noua mundū arte deludunt, cum Clerici, & Religioſi ferè omnes in eorum Eccleſijs diuina perſoluant, iſti tacendo noua arte mundum deludunt, qui credit hos cum de altari viuant, quod eidem altari ſeruiant.

33 Niſi hos tertiò admonire velimus † cum Propheta *Pſal. 113.* quod *Os habēt, & non loquuntur.* Diximus enim ſuprà *Cap. 2.* primum requiſitum Diuini officij eſſe oris aperitionem, quod licet etiam de priuata recitatione intelligatur, tamen & principalius de publica eſt dicendum. Quod etiam de alijs membris, de quibus in eodem Pſalmo, dici poteſt, quibus iſti carere videntur, cum tamen in exteriori alijs Eccleſiaſticis ſimiles eſſe videantur.

Vnum tamen non videtur omittendum, quod dicit S. Bonauentura, de Sacerdotibus, † qui 34
quotidiè non celebrant, *in Opuſcul. de Preparat. ad Miſſ. Cap. 5. Cuius titulus talis eſt, Ex quanta charitate, quātoq́; feruore accedendū ſit cōmunicaturo, Tom. 7 pag. 72. Editionis Vaticanæ. Vbi notabiliter ſic habet. Accedere indignè, horrendum eſt iudicium: non accedere ex notabili negligētia, vel contemptu, dānabilis eſt culpa. Beda. Nam cum Sacerdos eſt abſq; peccato mortali, & in propoſito bono non habens impedimentū, & non ex reuerentia, ſed ex negligētia celebrare omittit, tunc quantū in ipſo eſt, priuat Trinitatem laude, & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iuſtos ſubſidio, & gratia, in Purgatorio exiſtentes refrigerio, Eccleſiā Chriſti ſpirituali beneficio, & ſe ipſum medicina, & remedio contrà quotidiana peccata, & infirmitates. Quia ſicut ait Ambroſius,* &c.

Quod Angeli priuentur gaudio, non eſt dubitandum, ex aſſiſtentia Angelorū in diuinis Laudibus, vt diximus ſuprà *Cap. 16. num. 11* Vbi de dicta Angelorum aſſiſtentia in ſacris Horis ex Concilio Aquiſgranenſi Primo *cap. 12.* A qua viſitatione, & aſſiſtentia Angelica immunes, & exempti ſunt tales, qui Horas Canonicas negligunt, eaſquè non ad Dei gloriam, & honorem, ſed ad eorum onus, & grauamen recognoſcunt. Et hæc de Hora Matutini dicta ſufficiant.

PRIMA † ſequitur poſt Matutinum, & Lau- 35
des, & inter Horas Canonicas diurnas cum primum diei locum teneat, ideò dicitur Prima, & *Francol. cap. 6. num. 34* dicit, quod Prima poteſt recitari ſecūda Hora diurna, ſi Matutinum conſtituatur inter Officium diurnum diei artificialis, vt ibi per eum.

Vt autē innoteſcat, cui Horæ diurnæ inęquali reſpōdeat hæc Prima Hora Canonica, & omnes aliæ Horæ diurnæ quibus alijs Horis Canonicis reſpondeant, Sciendū eſt, apud antiquos vnamquamque diem pro Horis Canonicis diuiſam fuiſſe in quatuor partes æquales, & vnamquamque partem ſumpſiſſe denominationē ab vltima ſua Hora. Ita vt prima pars, quæ in tertia diei Hora finiebatur, Tertia diceretur. Secunda, quæ terminabatur in Hora Sexta, appellaretur Sexta. Tertia, quæ ad Nonam protēdebatur, Nona vocaretur. Quarta, & poſtrema quæ in Veſpere, & duodecima, Veſpere, ſeu Duodecima denominaretur.

De Prima, & Completorio nulla mentio, cum neutra harum Horarum Canonicarum ab initio eſſet explicitè, cognita, continentur autem iſtæ duæ Horæ Canonicæ in hac diſtributione, aſſignando

gnando

gnando iſtis Horis Canonicis primam, & vltimam diei Horam.

Vnde prima Hora Canonica reſpondebit primæ Horæ diurnæ, initiũ ſumendo ab ortu Solis.

Horæ Tertiæ Canonicæ cõpetere ſecundam, & tertiam Horam diurnam, & ab iſta tertia Hora diurna aſſumere nomen Tertiam Canonicam.


Horam Sextam Canonicam habere tres Horas diurnas quartam, videlicet, quintam, & ſextam, & ab iſta Sextam denominari.

Nonam tres alias Horas diurnas, ſeptimam, octauam, & nonam, & hæc Nonæ nomen dat.

Veſperas habere dũas Horas diurnas, decimam, & vndecimam, ſicut etiam Tertia Canonica habet duas Horas diurnas, vt dictum eſt.

Completorium concludi duodecima Hora diurna, in qua dies Sole occidente finitur, vt etiam Prima, vnica etiam ſola Hora diurna concluditur à Sole oriente inchoando.

Id quod in ſubiecto ſchemate ad oculum demonſtratur, quod copioſius tribus figuris in Solſtitijs, & Aequinoctijs demonſtrat *Francol. in Cap.* 10. Nobis autem hęc ſola ſufficiet ad oſtendendum ſuperius dicta.



Vbi clarè videtur, quod duodecim ſuperiores cellulæ indicant duodecim Horas diurnas inæquales. Poſteriores ſex cellulæ denotant ſex Horas Canonicas diurnas, cum Matutinum, quod eſt ſeptima Hora Canonica inter diurnas non computetur.

37 Et clarè etiam apparet, † quod Primæ Horæ Canonicæ ad dexteram in inferiori ordine reſpondet prima ſolum Hora diurna. Tertiæ verò ſecunda, & tertia Hora diurna. Sextæ autem quarta, quinta, & ſexta. Nonę ſeptima, octaua, & nona. Veſperis decima, & vndecima, vt duabus etiam Horis diurnis Tertia Canonica cõtinetur. Completorio denique duodecima Hora diurna debetur, ſicut Prima vna ſolum prima diurna reſpondet.

38 Quæ Horarum † diſtinctio poſt Syluestrum ſusè, & copioſè defenditur à *Francol. cap.* 10. *à num.* 5. Vbi contrà Sotum, & fuſius ex profeſſo *cap.* 1. *per tot.* auctoritate, & coniecturis contrà Nauar. & Couar. ibidẽ in principio citatos.

Et licet idem *Francolin. cap.* 14. *num.* 12. & ſequentibus, teneat Primã fuiſſe primò inſtitutam tẽpore Caſsiani, ex *Caſſiano lib.* 3. *Inſtit. Monach. cap.* 4. *ibi, Sciendum tamen eſt*. † Reprobatur ta-

39 men iſta opinio à *Durant. lib.* 3. *cap.* 7. Vbi agens de Prima *nu.* 4. oſtendit longè ante Caſsianum fuiſſe à Patribus inſtitutam, qui eum præceſſerunt, nimirum, ex *S. Clemente lib.* 8. *Conſtit. Apoſt. cap.* 40. *ibi, Preces veſtras*, &c. Cuius verba exſcripſimus præcedenti *Cap.* 16. *num.* 2. *Item ex S. Athanaſio de Virginitate. S. Baſilio in Regul. fuſ. diſput. interog.* 37. & *S. Hieron. Epiſt.* 7. *ad Latam.*

Qua autem Hora † diurna recitãda ſit Prima Canonica, ſatis docet Eccleſia in eius Hymno, 40

Iam lucis orto ſydere.

Et cum loquatur in tempore perfecto, non eſt controuertendum de tempore Autoræ, prout aliqui voluerunt, vt per *Durant.* vbi ſuprà *nu* 6.

Vbi etiam examinat dictionem † Mane, quid ſignificet, qua vtuntur Patres in recitatione Horarum Canonicarum, vt hoc, mane, dicatur cum lux videtur Solis, ex *Cenſorin. de die Natali, c.* 27. Et quod mane ab ortu Solis interpretetur *Beda de diuiſionibus temporum.* & *Anſelm. lib.* 2. *de imagine mundi. cap.* 3. qua dictione cum vtantur Patres in recitatione Horarum Canonicarum, per eam deſignari tempus recitationis Primę Canonicæ. Id quod etiam patet ex ſuprà poſito ſchemate, cuius Primæ Horæ Canonicæ ſitus eſt ſub prima Hora diurna, & ſic poſt Solis ortum, quo oriente, ideſt, exiſtente in ipſo Horizonte, terminatur Hora nocturna 12. inæqualis, & ſumit initium Hora prima diurna ſimiliter inæqualis. 41

Veſperatum officium Lucernarium † appellabatur, quod tũc lucernæ accendi ſolebāt *S. Hieronym. Epiſt. ad Latam. Diſcat lucerna accenſa reddere ſacrificium veſpertinum*, & multa ad hoc 42

cumu-

cumulat *Durant. cap. vndecimo. à num. 6. & 8.* dicit, Eccleſiam Romanam Veſperam poſt nonam, ante Solis occaſum celebrare, idq. vſu receptum; quò plures adeſſe poſſent dictæ Veſperarum celebrationi. Et quod dicuntur Veſperæ, etiamſi non amplius recitentur Veſperi. Et plura apud *Francol. cap. 20. per tot.*

COMPLETORIVM, & Horis Canonicis diurnis, & ipſi diei dat complementum, † &
42 vltima Hora duodecima cingitur. Si Veſpetæ antiquitus cum lucernis celebrabantur, vt diximus, neceſſariò, & tardius de nocte Completorium recitabatur, & vt dicit *Durant. d. lib. 3. c. 12. num. 3.* in prima noctis vigilia. Et *nu. 5.* ſubiungit, Eccleſiam ſanctiſſimè, & prudentiſſimè ab hinc aliquot annis conſtituit Completoriũ ante finem diei decantari, vt patet ex Hymno Sancti Ambroſij, quo in eius recitatione vtitur Eccle-
43 ſia, *Te lucis ante terminum*, &c. † Et huius inſtituti ea eſt ratio, quò & plures ex laicis inter eſſe poſſent, & occurratur periculis multis, quæ noctu accidere ſolent. Vbi etiam *Durant.* ſex aſsignat cauſas ob quas intereſſe Completorio debemus eſſe ſolliciti, inter quas ſexta, quæ ab eo enarratur *num. 10.* videtur vrgere pro noſtra deuotione, quam non grauabor ex eo hic ad verbũ
44 repetere. † *Sexta*, inquit, *quod illa hora, ſcilicet, Completorij, S. Mariæ Virginis auxilium ſolemni religione imploramus, & expoſcimus. Ea verò ſolemnis imploratio fructuoſiſſima eſt. Vnde*, inquit, *ille Magiſter Iordanus vir grauis, & ſāctus, quondam Magiſter Ordinis Prædicatorum, narrabat ſe accepiſſe à quodam viro religioſo, quod Fratribus dicentibus in Completorio, Eia ergo Aduocata noſtra. Videbat S. VIRGINEM flexis genibus commendantem Filio ſuo Ordinem. Quare dicit Turrecrem. pium atquè fructuoſum eſt Completorio intereſſe.* Hæc Durantes. Et plura *Francol. cap. 17. 18. & 19.* & in alijs Capitibus ſæpè. Sed hęc pro noſtro inſtituto dixiſſe ſufficiant; & pro intelligentia, quibus Horis inæqualibus ſeptem Horę Canonicæ reſpondeant.

Septem Horæ Canonicæ, quibus Horis Italicis, à meridie, & media nocte, Babylonicis, & Inæqualibus reſpondeant, ex calculo inquirere.

CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Calculi duplex ratio pro reſpōdentia Horarum Canonicarum cum omnibus alijs Horarum generibus.*
2 *Horis Canonicis Horæ Italicæ reſpondentes, quomodo inueſtigentur.*
3 *Horis Canonicis Horæ à meridie, & media nocte reſpondentes inquirere.*
4 *Horis Canonicis quæ Horæ Babylonicæ reſpondeant inuenire.*
5 *Horarum Canonicarum iuxtà Horarũ omnium genera Canonicis reſpondentia modus generalis calculandi.*
6 *Horarum Canonicarum calculus iuxtà Horas Italicas.*
7 *Horarum Canonicarum calculus iuxtà Horas à meridie, & media nocte.*
8 *Horarum inæqualium diurnarum, & nocturnarum quantitas qualiter inueniatur.*
9 *Horarum Canonicarum calculus iuxtà Horas inæquales.*
10 *in Horarum Canonicarum cognitione quis fuerit ordo ſeruatus pro ſimplicioribus, & pro peritioribus.*

DIXIMVS ſuprà *Cap. 15. num. 3.* quatuor eſſe Horarum genera, videlicet, Italicas, quæ ab occaſu Solis numerantur, Communes, quæ à meridie, & media nocte, & ratione initij conueniunt cũ Aſtronomicis. Babylonicas quæ ab ortu Solis computãtur. Ac deniquè Inæquales. Et viſo in præcedenti Capite, quibus Horis Inæqualibus reſpōdeant Horæ Canonicę, Nunc in iiſdem Horis inæqualibus, & alijs tribus Horarum generibus inquirendę ſunt in horis, & minuris horæ Canonicis Horis reſpondentes in quolibet anni die propoſito non excedente Horas 24. qui numerus non exceditur à Sphæra recta vſque ad Poli eleuationem Gr. 66. min. 30. Et hoc eſt, quod dicitur, Horas reperire reſpondentes Horis Canonicis, dato quolibet Arcu ſemidiurno non excedente Horas duodecim, qui eſt dimidiatus dictarũ Horarum viginti quatuor.

Præmiſſo † calculãdi modo in Horis Italicis, 1
& à meridie, & media nocte à Francolino præſcripto, ſubijciemus *num. 5.* aliam calculi rationem, & fortaſsè faciliorem in Horis Babylonicis, quæ alijs etiam tribus Horarum generibus deſeruire poteſt.

HORAS ITALICAS † reſpōdentes Horis Canonicis hoc modo calculat *Marcell. Francolin cap. 94.* propoſiti diei in data Poli altitudine quærit Arcum ſemidiurnum. 2

EXEMPLVM ponit in Polo Romano Gr. 42. ferè, in principio Tauri, videlicet, 21. Aprilis, vel Virginis, nimirum, 24. Auguſti, quibus diebus ex Tabulis Arcuum ſemidiurnorum Arcus ſemidiurnus eſt hor. 6. min 42.

Arcus iſte ſemidiurnus duplicatus dabit quãtitatem temporis, quo Sol ſuprà Horizontem commoratur propoſitis diebus, ideſt, quantitatem

Digitized by Google

tem diei artificialis horarum 13. min. 24.

Noctis quantitas,& conſequenter ortus Solis habetur,ſi diei quantitas ſubtrahatur ex hor. 24. quæ erit hor. 10. min. 36.

Media nox habetur diuiſo biſariam tempore, ſiue Arcu nocturno, vel ſubtracto tempore ſemidiurno ex hor. 12. & ſic hor. 5. min. 18.

Tertiæ Vigiliæ finis, & initium quartæ habetur, ſubdiuiſa noctis medietate biſariam, & vna ex eis parte addita ad noctis medietatem, vel ex tota nocte ſubtracta, & ſic erit hor. 7. min. 57.

Meridies habebitur, ſi tempus ſemidiurnum adijciatur quantitati noctis, vel potius adijciendo Horas 12. tempori ſeminocturno, & inuenietur Meridies hor. 17. min. 18.

Nonæ tempus habebitur ſi tẽpori ſemidiurno adijciatur medietas Meridiei, vel ſubtrahatur ex Horis 24. Et erit hor. 20. min. 39.

Tertia verò deprehendetur, ſi dicta medietas temporis ſemidiurni addatur quantitati noctis, vel ſi tertiæ Vigiliæ noctis addantur ſex Horæ, & erit hor. 13. min. 57.

Deniquè ſi Arcus ſemidiurnus diuidatur in ſex partes æquales, & vna ex illis, quæ eſt vna Hora inæqualis diei ſpatio noctis adijciatur, habebitur finis Primæ hor. 11. min. 43.

Veſperarum finis habebitur ſi eadem Hora inæqualis detrahatur ab hor. 24. quæ erit hor. 22. min. 53. & erit initium Completorij.

Vnde iuxtà ſupradictam rationem, hæ ſunt Horæ Officij diuini, vbi ſunt initia Horarum Canonicarum iuxtà Horas Italicas.

Matutinum hor. 7. min. 57.	Diei quantitas hor. 13. min. 24.
Prima hor. 10. min. 36.	Diei ſemiſſis, ſiue Arc. ſemid. hor. 6. min. 42.
Tertia hor. 11. min. 43.	Noctis quantitas hor. 10. min. 36.
Sexta hor. 13. min. 57.	Noctis ſemiſſis hor. 5. min. 18.
Nona hor. 17. min. 18.	Meridies hor. 17. min. 18.
Veſperæ hor. 20. min. 39.	Ortus Solis hor. 10. min. 36.
Completorium hor. 22. min. 53.	Occaſus Solis, ſemper idem hor. 24. min. 0.

HORAS † à meridie, & media nocte, quibus vtuntur gentes extrà Italiam, reſpondentes Horis Canonicis ex Francolin. vbi ſuprà hac ratione inueniemus.

Tempus ſeminocturnum dat Horam ortus Solis.

Tempus ſemidiurnum dat Solis occaſum.

Medietas temporis ſeminocturni dat finem tertiæ Vigiliæ. Cui ſi addantur ſex horæ, habebitur finis Tertiæ horæ Canonicæ. Si verò dicta medietas auferatur ex ſex horis, remanebit tẽpus, quod erit finis Nonæ. Idem finis Nonæ, quod eſt initium Veſperarum habetur ex Arcu ſemidiurno diuiſo biſariam, cum hora Nona habeat tres horas inæquales, & ſic quartam diei partem.

Quod ſi medietas temporis ſemidiurni diuidatur in tres partes æquales, & vna ex illis (quæ eſt hora inæqualis diurna illius diei) addatur tẽpori ſeminocturno habebitur finis Primæ Canonicæ in horis a media nocte, & initium Tertiæ horæ Canonicæ.

Et ſi deniquè quantitas horæ inæqualis detrahatur ex horis temporis ſemidiurni, remanebit finis Veſperarum, & initium horæ Completorij, quod eſt finis horæ 11. inæqualis, & initium horæ 12. ſimiliter inæqualis.

EXEMPLVM ponamus in Polo eleuato Gr. 48. ſub quo reperitur Auguſta in Germania. In eadem die 21. Aprilis, cuius diei Arcus ſemidiurnus iuxtà Tabulas aliorum, & noſtras infrà *Cap.* 24. eſt hor. 6. min. 52.

Diei quantitas eſt hor. 13. min 44. Nox verò hor. 10 min. 16. Media nox hor. 5. min 8. Tempus hoc ſeminocturnum dat horam ortus Solis, videlicet, horar. 5. m. 8 à media nocte. Tempus ſemidiurnum dat horam occaſus Solis hor. 6. min. 52. à meridie. Medietas temporis ſeminocturni dat finem tertiæ Vigiliæ, videlicet, hor. 2. min. 34. à media nocte pro hora Matutini. Cui ſi addãtur ſex horæ, erit finis Tertiæ Canonicæ, videlicet, hor. 8. min. 34. Medietas verò mediæ noctis, ſi auferatur ex ſex horis remanent hor. 3. min. 26. à meridie pro fine Nonæ. Vel aliter diuiſo Arcu ſemidiurno horar 6. min. 52. biſariam, habebitur idem numerus hor. 3. min. 26. pro fine horæ Nonæ, & principio Veſperarum. Medietas temporis ſemidiurni in tres partes diuiſa, & vna ex dictis partibus addita tempori ſeminocturno, habebitur finis Primæ, ſcilicet, hor 6. min. 16. à media nocte. Vna etiam ex dictis partibus detracta à tempore ſemidiurno, habebitur hor. 5. min. 44. pro initio Completorij. Vt omnia hic notata habentur.

Initia

Initia Horarum Canonicarum.	Finis Horarum Canonicarum.
Matutini Initium Hor. 5. min. 8.	Matutinum Hor. 2. min. 34. à media nocte.
Prima Hor. 6. min. 16. à media nocte.	Prima Hor. 5. min. 8. à media nocte.
Tertia Hor. 8. min. 34. à media nocte.	Tertia Hor. 6. min. 16. à media nocte.
Sexta Hor. 12. min. 0. Meridies.	Sexta Hor. 8. min. 34. à media nocte.
Nona Hor. 3. min. 26. à Meridie.	Nona Hor. 12. min. 0. Meridies.
Veſperæ Hor. 5. min. 44. à Meridie.	Veſperæ Hor. 3. min. 26. à Meridie.
Completorium Hor. 6. min. 52. à Meridie.	Completorium Hor. 5. min. 44. à Meridie.

Diei quantitas Hor. 13. min. 44.
Diei ſemiſſis Hor. 6. min. 52.
Noctis quantitas Hor. 10. min. 16.
Noctis ſemiſſis Hor. 5. min. 8.
Ortus Solis Hor. 5. min. 8.
Meridies Hor. 12. min. 0.

BABYLONICÆ Horæ, quæ à Solis ortu
4 numerantur, † quibus Horis Canonicis reſpondeant, nunc videndum eſt, vt de alijs diximus.

Matutino autem, cùm in hoc noſtro Horario aſcripſerimus horam mediam inter mediam noctem, & ortum Solis, vt ſuperiori *Cap. 17. à n. 11.* hanc horam in Babylonicis horis non erit difficilè inuenire, ſi quantitati propoſiti diei addamus quantitatẽ mediæ noctis, & mediæ noctis ſemiſſem, hæc enim erit Matutini hora. Ita vt neceſſarium ſit, ſicut in alijs horis diximus, ſcire quantitatẽ propoſiti diei, ſiue eius dimidiã, quã Arcum ſemidiurnum vocamus, quem exhibebit Tabula infrà *Cap. 24.* poſita omnium quotidianorum Arcuum ſemidiurnorum ad omnes vtriuſquè Poli altitudines diligenter calculata, & aliàs à nobis edita Anno 1602. & iterũ nuper collationata, calculatis omnibus Differentijs Aſcenſionalibus. Ex qua Tabula redditur facillima iſta Horarum Canonicarum calculatio pro reſpondentijs omnium aliarum horarum; vt patet ex dictis, & apparebit ex nunc dicendis.

EXEMPLVM ponamus in eleuatione Poli Gr. 42. qualis ferè eſt Romæ, vbi licet non ſint in vſu horæ Babylonicæ, tamen vellem ſcire in dicta eleuatione qualiter horis ab ortu Solis reſpondeant Horæ Canonicæ, quod poteſt exemplificari in qualibet propoſita Poli eleuatione.

In dicta ergo eleuatione Poli Gr. 42. poſita, ſit, verbi gratia, dies quarta Iulij, qua die inuenies dicto *Cap. 24.* in Tabula dictæ eleuationis Poli Gr. 42. dicto die quarta Iulij, Arcum ſemidiurnum eſſe hor. 7. & min. 30. Et ſic diei quantitatem eſſe hor. 15. m. 0. Noctis verò h. 9. m. 0. cui diei addita quantitate mediæ noctis, quæ eſt hor. 4. min 30. fient hor. 19. min. 30. & eiuſdẽ mediæ noctis ſemiſſe, videlicet, hor. 2. min. 15. inuenietur hor. 21. min. 45. à Solis ortu pro Hora Matutini, reſpondens fini Tertiæ Vigiliæ, & initio Quartæ. Quæ etiam aliter, & breuius fortè etiam reperiri poteſt, ſi quartam Noctis partem, quæ vt diximus, eſt hor. 2. min. 15. auferamus ex Horis 24. prodibit enim eadem hor. 21. min. 45. vt ex ſe eſt manifeſtum, ex diuiſione Noctis in quatuor Vigilias, ternas Horas cuilibet tribuẽdo, a quibus dempta quarta parte, remanet Hora media inter mediam noctem, & ortum Solis; quæ eſt Hora Matutini, quam ei in hoc noſtro, vt diximus, Horario aſſignauimus.

Quod verò ſpectat ad reliquas ſex Horas Canonicas, hac ratione abſquè vllo ferè negotio innoteſcẽt, ſi tota diei quãtitas, quę, vt diximus, eſt, hor. 15. min. 0. diuidatur in duodecim partes æquales (quæ ſũt horæ Inæquales propoſiti diei) tribuendo Solis orientis Horam 24. initio Primę Horæ Canonicæ, vt etiam in alijs horis Solis orientis diximus.

Qua diuiſione facta, inueniemus cuiuſuis diurnæ Horæ quantitatem eſſe minutorum 75. videlicet, hor. 1. min. 15.

Tertiæ igitur Horę Canonicæ initium, cui debetur prima hora Inæqualis, erit hor. 1. min. 15. ab ortu, ſiue Babylonica. Sexta verò, quæ cadit in horam tertiam Inæqualem (ratione eius initij, quod etiã in alijs Horis Canonicis intelligimus, quibus nos initia aſſignamus) erit hor. 3. min. 45. Nona verò erit hor. 7. min. 30. quæ eſt hora Meridiei, in qua inchoatur dicta Hora Nona Canonica.

Veſperarum autem initium, quod eſt in hora nona

nona diurna erit hor. 11. min. 15. ſi enim horæ nonæ nouies addantur min. 15. quæ cuilibet horæ diei propoſitæ debentur, fient min. 135. videlicet, hor. 2. min. 15. quæ addita Horæ 9. fient hor. 11. min. 15. pro initio dictę horæ Veſperarū.

Completorium deniquè erit hor. 13. min 45. qui numerus producitur ex hor. 11. in qua dictū Completorium incipit, & ex min. 15. vndecies repetitis, quæ conſtituunt min. 165. nimirum hor. 2. min. 45. quæ addita dictæ horæ 11. efficiunt hor. 13. min. 45. pro initio dictæ Horę Cōpletorij. Idemq. in qualibet propoſita die erit faciendum ad inquirendum Horas Babylonicas reſpondentes Horis Canonicis.

Huius autem Calculi hæc erit Tabula Horarum Canonicarum quoad initia in Horis Babylonicis, in Poli eleuat. Gr. 42. in die quarta Iulij.

Matutinum hor. 21. min. 45.	Diei quantitas Hor. 15. min. o.
Prima hor. 24. min. o.	Diei ſemiſſis Hor. 7. min. 30.
Tertia hor. 1. min. 15.	Noctis quantitas Hor. 9. min. o.
Sexta hor. 3. min. 45.	Noctis ſemiſſis Hor. 4. min. 30.
Nona hor. 7. min. 30.	Meridies Hor. 7. min. 30.
Veſperæ hor. 11. min. 15.	Ortus Solis Hor. 24. min. o.
Completorium hor. 13. min. 45.	Occaſus Solis Hor. 15. min. o.

Nouus, & Generalis modus calculandi Horas Canonicas in quatuor Horarum Generibus, reſpondentium ipſis Horis Canonicis.

5 MODVS ſuperius traditus † circà Horas Babylonicas deſeruire poteſt ad inueniendum Horas Canonicas reſpondentes Horis Italicis, à meridie, & media nocte, & Inæqualibus, & ſic omnibus Horarum generibus, qui etiam facillimus apparet, nimirum. Si qualibet propoſita dies diuidatur in duodecim partes æquales, quæ eſt quantitas horarum Inæqualium in qualibet propoſita die, & primæ horæ quantitas duplicetur pro ſecunda hora, triplicetur pro tertia, & ſic ſemper addendo vſquè ad vndecimam, & habebuntur Horæ Canonicæ in horis Italicis, in horis à meridie, & media nocte, in horis Babylonicis, & in horis Inæqualibus; dummodo primus numerus Horarum Canonicarum addatur ad primum numerum horæ Solis orientis diei propoſiti, ideſt, dummodo prima Hora Canonica addatur primæ horæ quo Sol oritur, & hoc in horis Italicis, & in horis à meridie, & media nocte, quæ additio non eſt facienda in horis Babylonicis, nequè in horis Inæqualibus, cum ambæ numerationem incipiant ab ipſo ortu Solis, non ab alio præcedente puncto, vt ſunt Italicæ, quæ incipiunt ab occaſu Solis, & horæ quæ à media nocte numerantur.

6 EXEMPLVM ponamus in † horis Italicis in eadem die quarta Iulij in eleuatione Poli Gr. 42. Cum Arcus ſemidiurnus propoſitæ diei ſit hor. 7. min. 30. vt num. 4. diximus in calculo Horarum Babylonicarum; Erit diei quantitas hor. 15. min. o. quæ diuiſa in duodecim partes æquales continebit quęlibet pars hor. 1. & m. 15. vt etiam ibidem diximus. Nox autem habebit hor. 9. min. o. Hora Matutini erit hor. 6. min. 45. Nam ſi mediæ nocti, quæ eſt hor. 4. miu. 30. addatur mediæ noctis quantitas, videlicet, hor. 2. min. 15. inuenietur dictus numerus hor. 6. m. 45. Primæ Horæ Canonicæ initium erit hor. 9. m. o. quo puncto Sol ea die oritur. Si huic Horæ 9. addatur vna hora Inæqualis, vna, videlicet, ex illis duodecim in quas fuit propoſita dies diuiſa, nimirum, hor. 1. & min. 15 fiet hor. 10. min 15. pro initio Horæ Tertiæ Canonicæ, Et ſi huic hor. 10. min. 15. addantur aliæ duæ horæ Inæquales, nimirum, hor. 2. min. 30. conficiet hor. 12. min 45. pro initio Horæ Sextæ Canonicæ. Quibus ſi addantur aliæ tres horæ Inæquales, ſimiliter habētes hor. 1. & min. 15. pro qualibet, fient hor. 16. min. 30. pro Hora Nona Canonica. Quibus ſimiliter addendo tres alias horas Inæquales fient hor. 20. min. 15. pro initio Horæ Veſperarum. Ac deniquè ſi iſtis addantur duæ ſimiles horæ Inæquales, erunt hor. 22. min. 45. pro initio Horæ Completorij.

Horæ Canonicæ iuxtà Horas Italicas in Polo eleuato Gr. 42. die quarta Iulij.

Matutinum Hor. 6. min. 45.	Diei quantitas Hor. 15. min. o.
Prima Hor. 9. min. o.	Diei ſemiſſis Hor. 7. min. 30.
Tertia Hor. 10. min. 15.	Noctis quantitas Hor. 9. min. o.
Sexta Hor. 12. min. 45.	Noctis ſemiſſis Hor. 4. min. 30.
Nona Hor. 16. min. 30.	Meridies Hor. 16. min. 30.
Veſperæ Hor. 20. min. 15.	Ortus Solis Hor. 9. min. o.
Completorium Hor. 22. min. 45.	Occaſus Solis Hor. 24. min. o.

EXEM-

7 EXEMPLVM etiam ponamus in Horis † à meridie, & media nocte in eadem Poli eleuatione Gr.42. & in eadem die quarta Iulij, quæ dies erit hor. 15. min.o Nox verò hor.9 min.o. Atquè adeò eius ſemiſſis hor.4. min.30. qua hora à media nocte numerata Sol orietur, & erit initium Horæ Primæ Canonicę. Et hor.2.m.15. etiam à media nocte, quę eſt medietas medię noctis, & finis Tertię Vigilię, erit Hora Matutini. Si dictę horę ortus Solis, videlicet, hor.4. m.30. addatur vna hora Inęqualis, nimirū, hor.1.m.15. fiet hor.5. min.45. à media nocte, pro initio Horæ Tertię Canonicę. Cui hor 5. min.45. ſi addantur duę Inęquales, quarum quælibet, vt ſæpius eſt replicatum, habeat hor.1. min.15. vt ſint hor.2. min.30. ficnt hor.8. min.15. à med. nocte pro initio Horę Sextę Canonicę. Quibus ſi addantur tres horę Inęquales, nimirū h r.3. m.45. fient Horę 12. pro initio Horę Nonę Canonicę, quę eſt hora Meridiei. Additis tribus ſimilibus horis Inęqualibus, videlicet hor 3 min.45. quarum numeratio non amplius à media nocte, vt pręcedentes Horę 12. & Horę Canonicę, ſed à Meridie computantur, erit dicta hor 3. min.45. à Meridie numerata, Hora Veſperarum. Si deniquè dictæ Horę Veſperarum addantur duę horę Inęquales, videlicet, hor.2. min.30. conflabitur hor.6. min.15. pro initio Completorij. Cui addita hora vnica Inęquali fiet hor.7. m.30. pro fine diei, & ſic occaſus Solis in horis à Merid.

Horæ Canonicæ iuxtà Horas à meridie, & media nocte. In eleuat. Poli Gr.42. die 4. Iulij.	
Matutinum Hor.2. min.15. à media nocte.	Diei quantitas Hor.15. min.o.
Prima Hor.4. min.30. à media nocte.	Diei ſemiſſis Hor.7. min.30.
Tertia Hor.5. min.45.	Noctis quantitas Hor.9. min o.
Sexta Hor.8. min.15.	Noctis ſemiſſis Hor.4. min.30.
Nona Hor.12. min.o.	Meridies Hor.12. min.o.
Veſperæ Hor.3. min.45.	Ortus Solis Hor.4. min.30. à media nocte.
Completorium Hor.6. min.15.	Occaſus Solis Hor.7. min.30.

8 Deniquè videamus † calculum Horarum Canonicarum in horis Inæqualibus, in quibus cognita quantitate alterutra horarum diurnarum; ſiue nocturnarum, illicò & altera dignoſcetur. Cum enim quælibet dies naturalis complectatur horas vigintiquatuor in die Aequinoctij, dies, & noctes ſunt inter ſe æquales, & eorum partes, nimirū, horæ duodecim quibus cōnſtant, ſunt etiam inter ſe æquales, poſt Aequinoctia verò creſcente, vel decreſcēte die, ſimiliter nox ipſa die creſcente, ipſa decreſcit, decreſcente verò die nox ipſa creſcit, & ſemper ex ipſis diebus, & noctibus ita creſcentibus, & decreſcentibus efficitur dies naturalis horarū vigintiquatuor, & quod contingit in diebus, & noctibus, idem etiam euenit in earum partibus, nimirum, quòd hora diurna, & nocturna ſiue creſcat, ſiue decreſcat, vt ſit maior minutis ſexaginta, ſiue etiam numero minor, ſemper hora diurna, & nocturna eiuſdem naturalis diei conſtituunt numerum ſimul minutorum centum viginti, quando, nimirum naturalis dies habet diem, & noctem, quod non contingit quādo dies, vel nox eſt horarum vigintiquatuor, vt in eleuatione Poli 66. min.30. in Cancro, vel Capricorno, cū in Cancro dies 24. horas abſquè nocte contineat, nam Sol nō occultatur infrà Horizontem, contrà verò in Capricorno, vbi Sol infrà Horizontem deliteſcit ſpatio 24. horarum, & non eleuatur ſuprà Horizontem, ſed ipſum ſolum radit, tunc enim cum dies, & nox ſit horarum 24 quælibet hora complectitur min.120. cum data die, nō ſit dare noctem, nec data nocte detur dies.

IN iſtis ergo horis Inęqualibus data quantitate horæ in minutis diurnæ, vel nocturnæ, prodibit alterius horæ diurnæ, vel nocturnæ quantitas, ſi ſumatur complementū vſquè ad min.120.

EXEMPLVM ponamus in iſtis horis † Inæqualibus, & perſiſtendo in eadem Poli eleuatione Gr.42. in die quarta Iulij, vbi diximus diei quantitatem eſſe hor.15. min.o. cuius complementum vſquè ad hor.24. nimirū, hor.9. min.o. erit noctis quantitas. Et diuiſa die, videlicet, hor.15. min.o. in partes, ſiue hor.12. inuenietur quælibet cōtinete min.75. ideſt, hor.1. m.15. (vt di imus in calculo aliarum Horarum) pro ſingula hora diurna. Nocturnæ verò horæ quantitatem facilè aſſequemur, ſumēdo complementum min.75. vſque ad min.120. quæ eſt quantitas duarum horarum æqualium, vt ſuperius diximus, & inueniemus min.45. eſſe quantitatem horæ vnius nocturnæ. 9

Vndè ſumptis hor.12. diurnis, quatum quælibet ſit min.75. & alijs hor.12. nocturnis quarū quælibet ſit min.45. fiet dies, & nox hor.24. Inæqualium. Cognita quantitate horarum diurnarum, & nocturnarum in horis Inæqualibus nō erit difficilè ex his ſcire tempus Horarum Canonicarum in his horis Inæqualibus.

Matutini enim tempus erit Hora nona no-

 cturna,

ćturna, ſi ab horis nouem æqualibus, videlicet, quarum quælibet ſit min. 60. auferamus nouies min. 15. cũ, vt diximus, hora nocturna Inæqualis in die propoſita non habeat min. 60. ſed ſolum 45. nouies igitur ſumptis dictis min. 45. vel min. 15. nouies ſubductis ab Horis nouem, inuenietur dictam horam 9. nocturnam reſpondere hor. 6. min. 45. in horis æqualibus, prout in Italicis, cum tàm horæ Italicæ, quàm Inæquales nocturnæ incipiant. & numeretur ab occaſu Solis. Sicut etiam Babylonicæ. & Inæquales diurnæ computantur ab ortu Solis. Vnde Horæ Canonicę diurnę Inęquales reductę ad horas ęquales, ſunt eædem quæ Babylonicæ, vt patebit ex nunc dicendis.

Primæ Horæ Canonicæ initium erit hor. 12. nocturna, tunc enim Sol oritur, quæ reſpondet hor. 24. ab ortu numerendo, vt in Babylonicis, vel hor. 9. min. 0. vt in Italicis.

Tertiæ Horæ Canonicæ initium erit hora prima Inæqualis diurna, nimirum, vt diximus iuxta horas æquales erit hor. 1. min. 15, quæ conſtituit horam vnam Inæqualem diurnam in propoſita die, quæ reſpõdet Horæ Tertiæ Canonicæ quoad initium in horis Babylonicis, cum iſtæ horæ ambæ, vt diximus ab ortu Solis exordiantur.

Sextæ Horæ Canonicæ initium erit Hora tertia diurna Inæqualis, vt quælibet ſit horar. 1. & min. 15. ſiue, quod idem eſt, additis duabus horis Inæqualibus ad Horam Primam Canonicam, & fient hor. 3. min. 45. poſt Solis ortum, vt in horis Babylonicis.

Nonæ Horæ Canonicæ initium erit hora 6. Inæqualis, in ipſa Meridie, quæ ſex horæ compoſitę ex h. 1. m. 15. pro qualibet earũ, exurgent horæ æquales 7. min. 30. ab ortu Solis, vt etiam eadẽ eſt Hora Nona Canonica in Babylonicis.

Veſperarum hora incidit in hor. 9 Inęqualem, quæ ad horas æquales, vt ſuprà, reducta, erunt hor 11. min. 15. ſicut etiam in Babylonicis.

Completorij hora, quæ incidit in hor. 11. eam habebimus reducendo ad horas æquales in hor. 13. min. 45. ſicut in Babylonicis.

Cõpletorij horis ſi addatur hora vna Inæqualis, videlicet, hor. 1. min. 15. ad hor. 13. min. 45. exurget hor. 15. min. 0. pro hor. 12. min. 0. diurna Inæquali, in qua Sol ſemper occidit, ſicut in hor. 12. min. 0. nocturna ſemper oritur.

Horæ Canonicæ iuxtà Horas Inæquales. In eleuatione Poli Gr. 42. die quarta Iulij.	
Horæ Canonicæ numeratæ in Minutis.	Horæ Canonicæ numeratæ in Horis.
Matutinum min. 405. nocturn.	Matutinum Hor. 6. min. 45. ab occaſu.
Prima min. 540. nocturn.	Prima Hor. 9. min. o. ab occaſu.
Tertia min. 75. diurna.	Tertia Hor. 1. min. 15. ab ortu.
Sexta min. 225.	Sexta Hor. 3. min. 45.
Nona min. 450.	Nona Hor. 7. min. 30.
Veſperæ min. 675.	Veſperæ Hor. 11. min. 15.
Completorium min. 825.	Completorium Hor. 13. min. 45.

Diei quantitas Hor. 15. min. o.
Diei ſemiſſis Hor. 7. min. 30.
Nŏctis quantitas Hor. 9. min. o.
Noctis ſemiſſis Hor. 4. min. 30.
Meridies Hor. 6. min. o. diurna.
Ortus Solis Hor. 12. min. o. nocturna.
Occaſus Solis Hor. 12. min. o. diurna.

Cum Horæ Canonicę deſumptæ ſint ex horis Inæqualibus, licet ſatis fuiſſet eas indicare ex numero horarum Inęqualium, pro Matutino hor. 9. nocturnã, pro initio Primę h. 12, etiã nocturnam. Pro initio Tertiæ hor. 1. diurnam. Pro Sexta tertiam. Pro Nonę Sextã. Pro Veſperarum Nonam. Pro Completorij deniquè initio vndecimam. Voluimus tñ has horas Inæquales innoteſcere etiam quoad minutorum quãtitatem, quibus dictæ horę conſtant, & etiã prout reſpondent horis æqualibus. Italicis quidem quoad Matutinum, & initium Primæ, cum tàm Inæquales nocturnę, quàm Italicę ab occaſu numerẽtur. Babylonicis verò quoad alias quoquè Horas Canonicas remanentes, cum ambę computentur à Solis ortu: Vt patet ex duabus ſuprà poſitis Tabellis.

Hacte-

Hactenus de modo, ✝ quo Horæ Canonicæ accõmodari omnibus Horarum generibus poſſint, inueniendo reſpondentiam omnium aliarum horarum cum ipſis Horis Canonicis, ita vt dicere liceat, quod Horæ Canonicæ loquuntur linguis omnium, cum ex modo præſcripto omnes gentes, nationes, & populi in quacumquè mundi plaga conſtituti tamquam ex vberrimo fonte, ſiue potius vaſto Oceano indeficientes, & perpetuas haurire poſsint aquas quotidianas cognitionis, & ſcientiæ punctualis in horis, & in minutis Horarum Canonicarum.

Sed quia multi ob calculi difficultatẽ non omnibus facilè cognitis ab iſtius aquæ hauſtu retraherentur, noſtris expenſis ſubminiſtrare voluimus non ſolum aquam, ſed & funem, & hydriam, vt ab hoc alto puteo haurire poſsint aquam cum gaudio, vt in ſimili dicit *Iſai. c.* 12. Ita vt abſquè vllo labore in vniuerſo Terrarum Orbe quolibet loco, & qualibet Anni die propoſita expanſas Tabulas Horarum Canonicarum legendo ſolum, ſcire poſsint, cum alijs multis Eccleſiaſticarum functionum temporibus, vt ſequentibus Capitibus oſtendemus.

Non ſolum autem pro ſimplicioribus Tabulas triginta, & vnam expandimus pro ternis Anni diebus, & ternis itidem Poli eleuationibus, quæ Tabulæ habentur infrà *Cap.* 22. Sed etiam pro alijs magis verſatis, & ſtudioſis pro ſingulis Poli eleuationibus Arcuum ſemidiurnorũ Tabulam, vt ſuperius notauimus, laborioſè ſupputatam, & extenſam poſuimus in *Cap.* 24. Cui acceſsit pro tempore Laudum, & Indulgentiarum quotidiana quantitas Auroræ, & Crepuſculorũ pro vniuerſo Terrarum Orbe, & ſingulis Anni diebus, vt in *Cap.* 25.

In quatuor verò ſequentibus Capitibus longo ſuperato labore ad inſtar locorum Topicorum, ſupputauimus Horas Canonicas omniũ Arcuum ſemidiurnorum incipiendo ab Arcu horarum 0. & progrediendo per ſingula minuta vſquè ad horã 12. & vnicuiquè Arcui ſemidiurno aſsignando ſeptem Horarum Canonicarum tempora, in Capit. 26. in horis Italicis; in Capit. 27. in horis communibus à meridie, & media nocte; in Capit. 28. in horis Babylonicis; in Capit. deniq. 29. in horis Inæqualibus. Et vltrà Horas Canonicas notauimus etiam in ſingulis Arcubus ſemidiurnis Diei, & Noctis earumquè ſemiſsium quantitatem.

Solum autem in horis Inæqualibus in dicto Capit. 29. non extendimus Horas Canonicas in ſingulis Arcubus ſemidiurnis ne idem calculus fruſtratoriè repeteretur; Quia vt diximus in hoc Capite num. 9. cum Horæ Canonicæ originem trahant ab horis Inæqualibus, quibus Antiquitas, & Iudæi vtebantur, ac proinde pro horis Canonicis iuxtà iſtas horas Inæquales ſatis eſſet aſsignare horas numerales diurnas, & nocturnas, vt pro hora Matutini horam nonam nocturnam, & pro horæ Tertiæ initio horam primam diurnam, vel pro eiuſdem fine horam tertiam pariter diurnam, & ſic de alijs. Et cum horæ Inæquales, eas volumus denominare, vt aliæ horæ æquales, vt eodem num. 9. diximus, ſi ſunt horæ Inæquales nocturnæ, quæ ab occaſu Solis cõputantur, coincidunt cum horis Italicis, quæ cum ab occaſu numerentur, vocãtur horæ ab occaſu: ſi vero ſunt horæ Inæquales diurnæ, cum iſtæ computentur à Solis ortu eædem ſunt, quæ horæ Babylonicæ cum ambæ ab ortu Solis numerentur. Ac propterea eſſe ſuperfluum duximus eaſdem fruſtratoriè repetere, & hoc vt dictum eſt, ex duplici Capite, Primò quia Horæ Canonicæ Inæquales diurnæ habentur in Babylonicis, nocturnæ verò in Italicis. Secundò quia in iſtis Horis Inæqualibus in omnibus Poli eleuationibus ſingulis Anni diebus eadem hora, ſiue horæ numerus reſpondet eidẽ Horæ Canonicæ, cum ſemper, verbi gratia, Hora nona Inæqualis nocturna ſit initium Matutini iuxtà quam, horam Matutino aſsignauimus, & hora 12. nocturna ſit initium Primæ Horæ Canonicæ, vt propterea non ſit aſsignare nomen Horarum diuerſarum pro eiſdem Horis Canonicis, ideo ſuperfluum duximus Tabulas expanſas fabricare pro Horis Canonicis iuxtà horas Inæquales.

Quia tamen, licet omnes Horæ Canonicæ iiſdem horis Inæqualibus denominentur, non tamen illæ horæ Inæquales eamdem habent quantitatem, cum aliquæ ſint maiores, aliquæ minores, & propterea pluribus, vel paucioribus minutis componãtur. Ideò ne iſta quarta pars circa horas iſtas Inæquales indotata remaneret, in dicto Capite 29. in omnibus Arcubus ſemidiurnis cum eorum minutis notauimus dictarum horarum Inæqualium diurnarum, & nocturnarum quantitatem, vt ſciri vnico intuitu poſsit quantũ quælibet hora propoſita maior, vel minor ſit in quolibet Arcu ſemidiurno, qualibet alia alterius Arcus ſemidiurni. Vnde in Arcu ſemidiurno horarum 7. min. 30. videbis horæ diurnæ quantitatem eſſe minutorum 75. horæ verò Nocturnæ minutorum 45. & ſic de alijs. Et ſimiliter in Arcu ſemidiurno hor. 10. min. 20. hora diurna habebit minuta 103. Nocturna verò minut. 17. & ſic de alijs, quæ minuta ad horas reducta quando non ſunt minora quam 60. in horis nocturnis quando volumus vti, numero minutorũ loco Horarum reſpondebunt horis Italicis in

diurnis verò horis Babylonicis, vt ſuperius dictum eſt.

Aliam etiam poſuimus in hoc Capite 29. Tabulam Horarum Canonicarum iuxtà minuta horarum Inæqualium in omnibus Arcubus ſemidiurnis, & quindenis minutis, vbi loco horarum Inæqualiū notauimus numerum minutorum, quę dictis horis debentur. Ita vides quod in ſuperius dicto Arcu ſemidiurno hor. 7. min. 30. Matutinum eſt in minutis 405. nocturnis ab occaſu numeratis, quæ ad horas reducta conficiunt horas 6. min. 45. quæ reſpondent Matutino eidem in horis Italicis ſimiliter ab occaſu computatis, & idem de alijs horis dicendum eſt, & nocturnæ reſpondebunt horis Italicis, diurnæ verò Babylonicis, vt iam ſæpius inculcatum eſt.

Vltimo loco in dicto *Cap. 29. in fin. in § ad Lector.* inſtante R.P. Chriſtophoro Grienbergero, pro maiori diſtinctione quantitatis horarum Inæqualium poſuimus Tabulam quantitatis horarum Inæqualium etiam in minutis non ſolum primis, ſed etiam ſecundis, vt ibi eſt videre.

Miſſæ ſacrificium quibus diei horis poſſit inchoari, & finiri debeat ſingulis Anni diebus in vniuerſo Terrarum Orbe, vbi Aurora habeatur.

CAP. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa quo tempore celebranda remiſſiuè.*
2 *Miſſa quo tempore celebranda ex Durante.*
3 *Miſſa quo tempore celebranda iuxtà Miſſale Romanum.*
4 *Miſſa non debet celebrari de nocte, ſed de die. Et diei principium qualiter accipiendum. Mane, quid ſignificet. Solis ortus, & occaſus duplex.*
5 *Miſſa celebrari debet horis debitis non obſtantibus priuilegijs, iuxtà Conc. Trid.*
6 *Miſſa poteſt celebrari in principio Auroræ, & ideò non eſt expectanda dies clara.*
7 *Miſſa non debet celebrari poſt Meridiem notabili temporis ſpatio.*
8 *Miſſam Sacerdotes celebrantes in Paſchate poſt mediam noctem, & populum communicando, vt citius veſcantur carnibus, grauiter peccant.*
9 *Miſſam quod quidam Princeps audire poſſet per mediam horam à meridie fuit à Papa indultū.*
10 *Miſſam notabiliter poſt meridiem celebrans abſque diſpenſatione peccat mortaliter iuxtà communem, reprobata opinione Nauar.*
11 *Miſſa quod poſſit celebrari vſque ad Meridiem, debet intelligi moraliter non punctualiter.*
12 *Miſſa ſolemnis hora tertia celebranda ex antiqua traditione.*
13 *Miſſa ſolemnis in Capella Pontificia celebratur hora tertia.*
14 *Aurora, & Crepuſculum quando incipiant, & quando terminantur.*
15 *Aurora, & Crepuſculum eiuſdem ſunt quantitatis in eadem die.*
16 *Miſſa celebrari poſſunt in prima diei parte, idest, in Aurora iuxta Sanctos Patres, & ex Rubrica 15. Miſſalis.*
17 *Aurora, & Meridies ſunt termini celebrationis Miſſarum, & in quibus differant.*
18 *Aurora minima, & maxima quantitas in vniuerſo Terrarum Orbe.*
19 *Aurora curſus breuiter deſcribitur.*
20 *S. Bernardus ſubindignatur contrà Canonicos Lugdunenſes nouam inducentes in Eccleſia ſolemnitatem abſque auctoritate Eccleſiæ Romanæ.*
21 *Auctor proponit difficultatem VRBANO VIII. circà Rubricam 15. Miſſalis de celebratione Miſſarum.*

QVOD ad Miſſæ celebrationem attinet 1
† ratione temporis, de hac materia multa extant Patrum, & Conciliorum decreta, quæ recitat *Creſpet. in ſua Summ. in verb. Miſſa, qua hora celebranda ſit.* Et ibidem paulò ante in Miſſa Natalis Domini. Vbi ponit decretum S. Theleſphori Papæ Primi, in Epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos, quæ allegatur à *Gratiano de conſecrat. diſt. 1. can. Nocte ſancta, & 6. quæſt. cap. Sacerdotes.* Et ab *Iuone lib. 2. decret.* Loco omnium ſufficiat allegare *Io. Steph. Durant.* in ſuo docto, & ſæpius citato opere *de Ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 7.* qui omnes alios commemorat, & in
Summa hoc dicit. † Quod Miſſæ ſolemnes hora 2
tertia, peculiares verò, ſiue priuatæ, quæ non ſunt ſolemnes, quacumque diei parte, modo ante nonam celebrari, poſſunt.

Quod hic dicit Durantes de horis, intelligendus eſt de Horis Canonicis non de alijs horis vſualibus, quod autem habet de hora nona, quod ante eam horam celebrari poſsit, intelligendus eſt quoad initium dictæ horæ nonæ, & ſic vſque ad horam Meridiei, in quam incidit initium Horæ nonæ Canonicæ, vt in ſpecie diximus Capitulo præcedenti *num. 6. verſ. Nona Hora Canonica.*

Et tollitur omnis diſputatio ex Miſſali Romano Pij Papæ V. iuſſu editi, & nunc auctoritate Sanctiſsimi D. N. VRBANI Papæ VIII. vltimò recogniti, ſub Rubrica 15. de hora celebrandi Miſſam:

3 Miſſam. † Quod Miſſæ priuatæ quacumque hora ab Aurora vſquè ad Meridiem celebrari poſſint. Et addit *Durant.* vbi ſuprà *num. 3. in fin.* Quod ſi ante Meridiem Miſſa cœpta fuerit, vetitum non eſt, eam poſt Meridiem perficere.

4 Non eſt autem mirum, † quod hoc ſacrificium Miſſæ non poſſit de nocte, excepta Miſſa prima Natalis Domini Noſtri Iesv Chriſti celebrari, ſed ſolum de die. Rationem adducit ſel. record. Iulius Papa Tertius in Bulla erectionis Archiconfraternitatis Sãctiſſimi Sepulchri Hieroſolymitani, quæ habetur in Bullario antiquo inter eius Conſtitutiones eſt num. 38. Cuius verba hæc ſunt. *Quod cum in Altaris miniſterio immoletur D. N. IESVS Chriſtus Dei Filius, qui candor eſt lucis æternæ, congruit hoc non in noctis tenebris fieri, ſed in Luce.* Quæ Cõſtitutionis verba ad hoc allegantur à *Francolin. cap. 39. num* 23. Idem contrà *Nauar.* tenet *Card. Tolet. de Inſtit. Sacerd. lib. 2. cap. 1. nu. 4.* Vbi quod non quolibet diei tempore, etiam ieiuno celebrare licet, ſed ab Aurora vſquè ad Meridiem, quod tamen intelligitur ſecluſo priuilegio particulari.

Et ex his patet quomodo ſit intelligendus S. Leo Papa *Epiſt. 81. cap. 2.* vt habetur *de conſecrat. diſt. 1. Neceſſe eſt autem.* Quod in prima parte diei Miſſas celebrare licet, quod etiam in *can.* præcedenti. *Solent. in fin. habetur.*

Quem ita exponit *S. Thom. 3. part. quæſt. 83. art. 2. ad* 4. Cuius verba hæc ſunt. *Quod Miſſa regulariter celebrari debet in die, & non in nocte: quia ipſe Chriſtus eſt præſens in hoc Sacramento, qui dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari; quamdiu in mundo ſum, lux ſum mundi. Ita tamen quod principium diei non accipiatur à media nocte: nec etiam ab ortu Solis, ideſt, quando ſubſtantia Solis apparet ſupra terram, ſed quando incipit apparere Aurora: tunc enim quodammodo dicitur Sol ortus, in quantum claritas radiorum eius apparet. Vnde & Marc. 16. dicitur, quod mulieres venerunt ad monumentum orto iam Sole; cum tamen venerint, cum adhuc tenebræ, eſſent ad monumentum, vt dicitur Ioan. 20. Sic enim hanc cõtrarietatem ſoluit Auguſt. in lib. de cõſenſ. Euangel. Specialiter tamen in Nocte Natalis Domini Miſſa celebratur, propter hoc quod Dominus in nocte natus eſt, vt dicitur de conſecrat. diſt. 1. cap. Nocte, &c. Et ſimiliter etiam in Sabbato Sãcto circa noctis principium, propter hoc, quod Dominus nocte ſurrexit, ideſt, cum adhuc tenebræ eſſent ante manifeſtum Solis ortum.* Hucuſquè S. Thomas, qui primam diei partem pro Miſſę celebratione ſecundum S. Leonem, intelligit de Aurora, quãdo primùm Solis radiorum claritas apparet, & dicitur dies vulgaris, cum vulgus diem appellet ab initio Auroræ, vſquè ad finem Crepuſculi veſpertini.

Confirmantur ſupradicta ex verbis dictorum Euangeliſtorum, nam *Marc. 16.* ita legitur. *Et valdè mane vna Sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam Sole.* Et *Ioan.* 20. dicitur *Vna autem Sabbati, Maria Magdalenę venit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum.* Cum in vtroquè textu fiat, mentio dictionis, mane, & etiam, valde mane, quaſi mane primum, vt etiam habetur *Iudic. cap. 9. Primo mane oriente Sole:* Quæ verba enarrans *Auguſt. lib. 7. quæſt. ſuper Iud. c. 46.* ait, *Additum eſt autem ſimul, vt oritur Sol, vt exprimeretur non tam ortò Sole faciendum, ſed vbi fulgor apparuerit Solis orientis*, quod eſt tempus Auroræ, vt notat *Steph. Durãt. lib. 3. de Ritib. Eccleſ. cap. 7. num. 5.* vbi *num. 6.* explicat, vnde dictum ſit mane, & quam diei partem propriè deſignet; Quod mane dicatur, cum lux videtur Solis; & allegat *Cenſorin. de die naturali c. 27.* Et ſubdit, Manum, vnde mane, inquit Nonius Marcellus, dicitur clarum, vel auctore Paulo apud Feſtum mauare Solem, ſolebant antiqui dicere, cum Solis orientis radij ſplendorem iacere cœpiſſent, atquè ideò primum diei tempus mane dictum: quod S. Leo, vt diximus primam diei partem appellat.

Et conſentit *S. Ambroſ. lib. 1. Offic. cap. 41.* Vbi narrans bellum à Iuda Machabeo commiſſum, vt habetur 1. *Machab. c. 9.* à mane vſquè ad Veſperam exponit, *à primo ortu diei in Veſperam.* Et hoc etiam eſt, quod dicitur *Iudith Cap.* 10. Vbi habetur, quod Iudith deſcendebat à monte circà ortum diei, nimirum valde mane, quando dies incipiebat, dies nimirũ vulgaris, cum vulgus diem appellet à principio vſquè ad finem illuceſcentiæ Solis, ideſt, à principio Auroræ, vſquè ad finem Crepuſculi. Et hoc eſt, quod poſt S. Gregorium canit Eccleſia.

Qui mane iunctum veſperi
Diem vocari præcipis.

Intelligendo de eodem die vulgari. Vnde quando incipit Aurora, quæ cum ſit Solis quodammodo pars ratione radiorum apparentium, non autem reſpectu ſubſtantiæ, quæ non videtur, ortus Sol dicitur.

Quæ omnia nõ ſunt difficilia ad intelligẽdum ſi infrà noſtrum Horizontem concipiatur alius Horizon, ſiue arcus Horizonti paralellus infrà Horizontẽ deliteſcens Gradibus decem & octo, iuxtà communiorem diſtantiam Crepuſculorum ab Horizonte: Ad quem paralellum cum Sol ante ortum aſcendit, incipit Aurora, & ortus radiorum Solis; & primus ortus Solis, de quo fortè

intelligitur 2. *Machab.* 10. ibi. Primo autem Solis ortu vtrique cõmiſerunt. Eodem Sole poſtea de ſero occidente, in Horizonte verò Sol dicitur occidere quoad corpus, ſiue Solis ſubſtantiam, deſcendente verò ad dictum paralellum dicetur occidere quoad eius radios, & tunc eſt finis Crepuſculi. Et ita duplex erit ortus, & occaſus Solis, nimirum, quoad corpus & ſubſtantiam Solis, & quoad illuceſcentiam radiorum eiuſdem Solis. Quod dictum eſt de occaſu Solis quoad radios ſolares, deſeruiet pro his quæ dicentur *Cap.* 23. *num.* 2. *&* 3. de acquiſitione Indulgentiarum poſt occaſum corporis Solaris, vt extendatur etiam ad durationem Crepuſculorum. In Horizonte verò erit ortus ipſius corporis Solaris.

5 Et iſtæ ſunt horæ debitæ, † quibus Sacerdotes celebrare tenetur, de quibus loquitur *Sac. Conc. Trid. ſ. ſſ.* 22. *in Decret. de ſeruand. & euitand. in celebrat. Miſſæ.* Vbi Concilium præcipit Epiſcopis, vt hoc obſeruari faciãt edicto, & pœnis propoſitis. Ex quo decreto ceſſant Priuilegia (vt dicitur in fine dicti decreti) quibus aliqui Religioſi vtebantur ante Concilium, celebrandi ante diei aduentum, etiam quod Ordinarij eſſent negligẽtes in prohibendo iuxtà præfatum Concilij decretum. Et ita bis reſpondit Sacra Congregatio Concilij quibuſdam Religioſis, & ſemel particulariter ad quoſdam Regulares Regni Hiſpaniarum.

6 Et cum hoc ſacrum † Miſſæ ſacrificium, in principio Auroræ poſſit celebrari, non eſt expectanda, vt diximus, clara dies. Et ita dicta Congregatio reſpondit quibuſdam alijs Religioſis. Quod tempus eſt ſatis opportunum pro artificibus, & ruſticis, qui ad laborandum, & agros colendos ſummo mane ſurgunt, & etiam pro puellis, & ſimilibus perſonis. Vt propterea Sacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatio ſub die 18. Februarij 1592. ordinauerit cuidam Epiſcopo, qui ſub pœna excommunicationis præceperat, vt puellæ audirent Sacrum in diebus feſtiuis; vt excommunicationem reuocaret, & admoneret parẽtes dictarum filiarum, & confeſſarij, vt audirent Sacrum; Et ſubiungit, quod Epiſcopus faceret Miſſam celebrare, in Aurora, vt eò facilius poſſent adire.

7 Nec vltra Meridiem † debet notabili temporis ſpatio tardari ad celebrationem. Quia, vt inquit *Tolet. dicto lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. licet non eſſet ita graue peccatum, modò ſi ieiunus celebraret, quia nõn extat peculiaris prohibitio, tamen propter conſuetudinem non licet ſine aliqua cauſa rationabili, cum qua liceret poſt Meridiem aliquo paruo tempore celebrare. *Durant. lib.* 2. *c.* 7. *nu.* 3. *verſ. Conſuetudine tamen. Francol. in cap.* 41 *num.* 3. Et infert ibi Cardin. Toletus, † quod grauiter peccant Sacerdotes, qui tem- 8 pore Paſchatis Reſurrectionis ſtatim poſt mediam noctem celebrant, & populum communicant, vt citius poſtea poſſint veſci carnibus.

Quanto autem tempore poſt Meridiem celebrari poſſit, cũ dicit Toletus, quod aliquo paruo tempore poſt Meridiem ſtante cauſa rationabili licet celebrare. † In ſimili dubio inuenio, quod 9 Princeps Miſſæ, cum à Papa petijſſet licentiam audiendi Miſſam poſt Meridiem. Eam illi conceſſit per mediam horam à Meridie, & quod ea licentia non continuè vteretur. Ita habetur inter Declarationes Concilij.

Et iſta Concluſio, quod poſt Meridiem non poteſt modo aliquo celebrari, eſt adeò vera, quod quicumquè notabiliter differret poſt dictum terminum † celebrare abſquè diſpenſatio- 10 ne mortaliter peccaret, iuxtà communem Doct. ſententiam, quos allegat *Francol. dicto cap.* 41. *num.* 3. Vbi fusè reprobat *Nauar.* vt paulò ante diximus cum Card. Toleto, qui ſolus contrariam tuetur opinionem, *in Manual. de Orat. c.* 21. *nu.* 31. *& in Manual. Conf. ſſ. c.* 23. *nu.* 85. *& ſeq.* & confirmat communem multis rationibus.

Intelligendo tamen Meridiem † non verè, & 11 punctualiter, ſed moraliter, ideſt, paulò plus poſt Meridiem, vt declarat idem *Francol. c.* 39. *nu.* 31. *& ſeq.* Et *n.* 36. dicit, quod in Eccleſijs vbi vnus ſolus Sacerdos reſidet, conuenientior hora celebrandi eſt hora tertia; iuxtà Doct. ab eo allegatos.

	Tab.Hor. Canon.	Latitu dines.		Lõgitu dines.	
Cuchina Indiæ	6	15	0	123	0
Cuzco in Perù Auſtr.	6	15	0		
Cyprus in Inſula	13	35	0		
Damaſcus	12	33	0	69	0
Dantiſcum. Dantzig. in Pruſſia	19	54	50	45	0
Dertona, vel Tortona	16	44	0	30	40
Diaſcoridis Inſula. Zacotora	5	11	50	91	0
Dola	17	49	5	18	30
Domaſium	16	45	0		
Drepanum	13	37	0	37	0
Dyrrachium	15	40	50	45	0
Ebora Luſitaniæ	14	38	0		
Eboracum Angliæ	20	57	20	20	0
Edenburgum Scotiæ	21	59	20	27	15
Epheſus Ioniæ Metropolis	14	37	40	67	40
Erfordia Germaniæ	18	51	10	34	30
Famagoſta, olim Salamis	13	35	10	66	45
Fauentia. Faenza	16	43	30	35	30
Ferraria	16	44	0	33	30
Florentia	16	44	40	34	0
Forum Flaminij. Foligni	15	42	40	36	0
Forum Liuij. Forli	16	43	40	33	30
Forum Iulij. Priuli	16	45	12	32	50
Francofordia ad Mœnum	18	50	30	30	0
Francofordia ad Oderam	18	52	30	34	0
Friburgum Heluetiæ	17	47	4	30	39
Friburgum Miſniæ	18	50	58	30	39
Fundi	15	41	30	38	10
Gades	8	22	20	6	20
Gandauum	18	51	30	20	0
Gazza	12	32	0	67	15
Genua	16	43	50	30	0
Geppinga	17	49	37	30	0
Gergentum	13	35	10	36	20
Gnerna	18	52	40	42	0
Goa Indiæ	7	17	0		
Goaris Fluuij Oſtiã	6	16	0	115	40
Granata Hiſpaniæ	12	37	50	11	0
Grominga Friſiæ	19	53	16	29	24
Hamburgum.	19	54	30	33	0
Herbipolis. Vvirtzburg	18	49	57	30	10
Heydelberga	18	49	35	28	0
Hibernia Inſula	20	57	0	12	0
Hieroſolyma	12	31	40	66	0
Hiſpalis. Seuilla	13	37	0	7	15
Hur Chaldeor. Patria Abrahã	12	32	40	78	30
Hydrus in Apulia. Otrento	15	41	26	45	20
Hyrcania. Schizazo	14	39	0	100	45
Iaponia Inſula	13	36	10		
Iaua Maior. Auſtralis	4	10	15		
Iaua Minor. Auſtralis	10	27	10		
S. Ioannes in Scotia	21	59	49	15	40
Imola	15	43	30	34	15

	Tab.Hor. Canon.	Latitu dines.		Lõgitu dines.	
Inſpruck	17	46	55	32	50
Ingolſtadium	17	48	40	32	10
Ioachimi vallis Germaniæ	18	50	20	30	20
Ioppe. Zaffo	12	33	0	67	30
Iſtria	14	40	15	30	30
Iuſtinopolis Hiſtriæ caput	16	45	55	35	43
Lantianum	15	41	40	41	30
Laubinga. Patria Alb. Magni	17	48	30	29	20
Lauretum	15	43	0		
Leodium	15	50	50	22	0
Leoburgum Saxoniæ	19	54	10	28	2
Leontium	14	30	0	38	0
Lutetia. Parigi	17	48	40	23	30
Leopolis Ruſſiæ. Leoburgum	18	50	30	43	15
Lerida	15	41	30	15	56
Liburnus. Liuorno	15	42	30	33	30
Lima in Perù Auſtr.	5	12	0		
Lipſia	18	51	20	30	30
Lisbona	14	39	38	5	10
Londinum. Londres	18	52	30	20	0
Louanium	18	51	0	20	36
Luca	15	43	30	33	0
Lugdunum. Lione	16	45	10	23	15
Luneburgum	19	54	0	34	50
Maclinia Brabantiæ	18	51	15	26	50
Maguntia. Mentz	18	50	30	27	30
Maiorica Inſula. Maiorca	14	39	35	18	25
Malepur S. Thomæ in India	6	14	10		
Mantua	16	44	30	32	45
Madeburgum	18	52	20	31	20
Maſſilia	15	43	10	24	30
Meaco. Regia Iaponiæ	13	36	0		
Mediolanum	16	45	6	31	0
Melite Inſula, & ciuitas	13	34	40	38	45
Meroe Aegypti	6	16	20	61	30
Meſſana	14	38	30	40	30
Metis. Metz	17	47	30	25	30
Mexico	8	20	0		
Mildeburgum Franconiæ	18	49	44	26	34
Minorica Inſula. Merorca	14	40	10	19	30
Miſna. Meyſen	18	51	10	38	10
Monachium. Munchen	17	48	0	32	50
Mons peſſulanus. Monpellier	15	43	10	22	15
Mons Regius. Boruſſiæ	19	54	17	46	45
Mons Regius Franconiæ. Patria Ioannis Regiomontan.	18	50	15	31	30
Moſcouia	21	61	0		
Mozambique. Africæ Auſtr.	6	15	3		
Murina. Modena	16	44	0	32	40
Narbona	15	43	0	21	0
Narnia	15	42	30	36	30
Neapolis Auſtriæ. Neuſtadt.	17	47	54	39	0
Neapolis Campaniæ	15	41	0	39	0

	Tab. Hor. Canon.	Latitudines.		Lõgitudines.	
Neuburgum ad Danubium	17	48	4	31	45
Neuburgum Turgiæ	18	[illegible]	20	32	0
Nicæa. Vbi habitum fuit Concilium 318. Epiſcoporum.	15	41	40	57	0
Niza	15	43	30	28	0
Nola Campaniæ	15	40	45	40	15
Norimberga	17	49	30	31	30
Nauaria	17	44	30	30	30
Nouiomagus	17	47	10	28	0
Nurſia Italiæ	15	42	44	38	0
Olmuntza in Morauia	17	49	30	41	0
Orcades Inſulæ	22	61	50	30	0
Oriſtancum in Sardinia	13	37	10	30	30
Orliens. Aurelia	17	47	10	20	40
Ormuz Inſula	7	19	0	92	0
Ozonium	19	54	15	19	0
Pampllona. Nauarræ	15	43	0		
Panhormus. Palermo	14	38	0	37	0
Papia. Pauia	16	44	50	31	0
Patauium. Padua	16	44	50	32	0
Patauia. Paſſau	17	48	40	33	50
Pariſium	17	48	40	24	30
Parma	15	43	30	32	30
Peruſium	15	42	56	35	20
Piſaurum. Peſaro	16	43	45	35	20
Praga Bohemiæ	18	50	10	39	15
Preſſau	18	51	10	40	0
Priuernum Metropol. Volſcor. Patria Auctoris. Piperno	15	42	0	37	30
Pyſæ in Hetruria	15	43	0	33	30
Quito in Peru	1	0	0		
Raguſia	15	42	30	44	40
Ratisbona, Regenſpurg.	17	48	59	32	15
Rauenna	16	44	20	35	0
Regium Iulium Calabriæ	14	38	15	43	10
Regium Lepidi Lombardiæ	15	43	30	32	30
Rhemi Galliæ	17	48	45	22	15
Rhodus Inſula	13	35	0	58	0
ROMA Caput Mundi	15	41	56	36	30
Rothomagus. Roan.	17	49	[illegible]	22	40
Saguntum	14	39	40	14	36
Salernum	15	40	40	40	0
Salmantica	14	40	15	8	50
Saſſarum in Sardinia	14	38	50	31	30
Saliſburgum. Saltzburg.	17	47	40	35	40
Samos Inſula	15	41	15	52	40
Sauona	16	43	40	29	20
Segobia	14	38	0	9	30

	Tab. Hor. Canon.	Latitudines.		Lõgitudines.	
Sermoneta Ducatus	15	41	30	36	30
Senæ. Siena	15	42	50	34	20
Sibenicum Dalmatiæ	16	44	20		
Sophala Africæ Auſtralis	8	20	15		
Sora	15	41	40	38	20
Spira	17	49	20	27	40
Spoletum	15	42	45	36	20
Straburg Argentina	17	48	44	27	50
Strigonium	17	48	0	42	30
Suontienſu Regia Chinæ	17	47	0		
Syracuſæ in Sicilia	13	37	30	40	30
Taprobana. Sùmata inſula	1	0	0		
Tarentum	14	40	0	45	30
Taracona	15	41	0	16	20
Taurinum	16	44	0	30	30
Taurus mons	14	38	0	66	0
Ticinum. Pauli	16	44	50	31	0
D. Thomæ Inſul.	1	0	0		
Toletum	14	40	0	10	0
Toloſa	15	43	20	20	30
Traiectum in Germania	19	53	20	26	30
Treueris. Trier	17	49	30	26	0
Tridentum. Trento	16	45	20	33	40
Tubinga	17	48	40	30	30
Turonia. Tours	16	43	30	14	30
Tunetum. Tuneſi	12	32	30	33	0
Tybur	15	42	0	36	40
Valentia in Gallia. Valence	16	44	30	22	0
Valentia Hiſpaniæ	14	39	30	14	0
Vallis Oletana. Valladolit	15	42	0	10	10
Velitræ	15	41	30	37	0
Venetiæ	16	45	0	34	0
Vercellæ	16	44	12	29	50
Verona	16	45	0	33	0
Vicentia	16	44	30	32	10
Vienna Auſtriæ	17	48	20	37	45
Vienna Galliæ	16	45	0	23	0
Vilna Lithuaniæ	19	53	30	52	0
Viterbium	15	42	18	39	0
Volaterra. Volterra	15	42	40	33	50
Vratislauia in Sileſia. Preſſau.	18	51	10	40	0
Vrbinum	15	43	4	34	0
Vrinum	15	46	30	35	0
Vvitirburg. Herbipoli	18	49	57	30	10
Zofala Africæ Auſtr.	8	20	0		
Zomara	17	49	5	8	0
Zeylon Inſula Indiæ	3	7	15		

HORA-

HORARVM CANONICARVM Tempora reſpondentia Horis Italicis, Babylonicis, Communibus, ſiue à Meridie, & media Nocte, & Inæqualibus, pro varietate Regionum. Dierum, & Noctium quantitates. Horas Ortus, & Occaſus Solis. Meridiei, & mediæ Noctis in omnibus dictis quatuor horarum generibus. Auroræ initium, & finem Crepuſculi, ſingulis anni diebus in vniuerſo terrarum Orbe. Ex ſubiectis TABVLIS PERPETVIS Perpetuò inuenire.

CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hora Canonicæ quibus alijs horarum generibus reſpondeant, quomodo cognoſcatur.*

2 *Ciuitatis propoſita eleuatio Poli qualiter inquirenda.*

3 *Arcus Semidiurnus diei propoſiti menſis in data Ciuitate, vel loco qualiter inquirendus.*

4 *Arcus Semidiurnus oſtendit quatuor horarum genera reſpondentia Horis Canonicis.*

5 *Arcus idem Semidiurnus Horas Canonicas in diuerſis Capitibus indicat.*

6 *Horæ Canonicæ apud Antipodes in Poli Auſtralis eleuatione, qualiter ſciri poſſint.*

7 *Auroræ, & Crepuſculi durationis inuentio.*

8 *Auroræ, & Crepuſcula deſeruiunt pro celebratione Miſſarum, & acquiſitione Indulgentiarum.*

9 *Auroræ, & Crepuſcula qualiter inueniantur apud Antipodes.*

IN hoc, & ſequentibus ſeptem Capitibus reſidet perfectio huius noſtri qualiſcumque laboris ſub Titulo, Horarij Eccleſiaſtici Vniuerſalis Perpetui, cum ex Tabulis Perpetuis in vniuerſa Mundi machina vnico aſpectu diſtinctè conſpiciantur ea omnia, quę in fronte huius Capitis notantur. Et in Cap. 30. vltima, & iucundiſſima, ne dicam curioſa, ſed ſcitu digna Tabula coherens materiæ de qua agitur, vt ibi dicetur.

Vt autem ſciamus, † quibus Horis Italicis, &
1 alijs horarum generibus reſpondeant Horæ Canonicæ, necnon dierum, & noctium quantitates, cum alijs in titulo præſentis Capitis, notatis ſingulis Anni diebus in perpetuum in vniuerſo Terrarum Orbe, quacumque Ciuitate, vel loco propoſito, Tria ſunt breuiſsimè aduertenda.

2 Primò, vt etiam ſuperiori Capite diximus † inquirenda eſt ex illa priori Tabula in dicto Capite poſita Altitudinum Poli Ciuitatum, & locorum, eleuatio Ciuitatis, vel loci propoſiti, quæ ſi vltrà Gradus habeat etiam Minuta pauciora, quàm triginta illis neglectis, ſumatur ſolum numerus Graduum, ſi verò ſint ſuprà triginta, adijciatur alius Gradus, ſi verò ſint præcisè triginta, arbitrarium eſt addere, vel non addere alium Gradum, vt etiam in præcedenti Capit. num. 5. diximus.

Secundò, dicta Poli eleuatione inuenta Ciuitatis, vel loci propoſiti, exquirendus erit † Arcus 3
Semidiurnus diei propoſiti menſis, quem dictò citiùs exhibebit in ſequenti Capite 24. Tabula Arcuum Semidiurnorum omnium nonaginta Graduum eleuationum Poli, & inſuper Tabulam Sphæræ Rectæ, & Tabulã eleuationis Grad. 66. min. 30. in totum Tabulas nonaginta duas.

In Tabula ergo Arcuum Semidiurnorum eleuationis Poli Grad. 42. (ſunt enim dictæ Tabulæ ordine diſpoſita à Sphæra Recta, & poſtea à Grad. 1. eleuationis Poli, vſquè ad Grad. 90.) in ſiniſtro latere habes omnes dies omniũ menſium etiam per ordinem ibi diſpoſitorũ. Si ergo à propoſito die dextrorſum progrediamur ſub menſe propoſito, deorſum ab eo deſcendendo, in concurſu habebimus Arcum Semidiurnum diei propoſiti menſis: Vndè ſi ſit propoſita dies octaua menſis Decembris Conceptioni Immaculatæ B. Virginis dicata, quæ hodie tum hæc ſcribimus, celebratur, inueniemus Arcum Semidiurnum huius diei in dicta Poli eleuatione Grad. 42. continere hor. 4. min. 32.

Tertiò deniquè cum iſto Arcu Semidiurno † 4
tamquàm claue generali Horas Canonicas indicabit iuxtà omnia quatuor genera horarũ; Nam in Capite 26. oſtēdet Horas Italicas reſpondentes dictis Horis Canonicis. In Capite 27. dabit idem Arcus Semidiurnus Horas à Meridie, & media Nocte. In Cap. 28. Horas Babylonicas. In Cap. 29. Horas Inæquales omnes ſimiliter reſpondentes dictis Horis Canonicis. In Capite etiam 30. Idem Arcus Semidiurnus multa oſtendit, vt ibi dicemus.

Et quia in exemplo propoſito Poli Romani
ſunt in vſu Horæ Italicæ, † ideò in ea, & alijs Poli 5
eleuationibus in Italia, ad Horas Canonicas Capite 26. erit recurrendum. In eleuationibus autem Poli ſub quibus degunt aliæ nationes, vt Germani, Galli, Hiſpani, & alij, qui numerant Horas à Meridie, & media Nocte, Horæ Canonicæ ſunt inquirendæ in Cap. 27. In regionibus, & Prouincijs, quæ Horas numerant ab ortu Solis, Horæ Canonicæ iuxtà has Horas habentur in Cap. 28. Et deniquè iuxtà Horas Inæquales extant Horæ Canonicæ in Cap. 29.

In dato igitur Eleuationis Romanæ die 8. De-

cembris, cuius Arcus Semidiurnus eſt h.4.m.32. Iſte numerus inueniatur in Horis Canonicis Capite 26. ſecundum Horas Italicas ad ſiniſtram dictæ Tabulæ: Et poſtea à dicto Arcu Semidiurno dextrorſum progrediendo, cohęrentem illi numerum inueniemus h.11.m.12. ſuper quo numero in ſuperiori parte Tabulæ ſcriptum eſt Matutinum, monſtrat igitur propoſita die 8. Decembris. Matutini initium eſse h.11.m.12. tempore ſcilicet intermedio inter mediam noctem, & ortum Solis, vt ſuperiùs hanc horam Matutino aſſignauimus. Deinde ſequitur h.14. m.56. pro initio Horæ Primæ Canonicæ: quę hora, etiam Sol ea die oritur. Et h.15.m.42. pro initio Tertiæ. Et h.17.m.12: pro initio Sextæ. Et h.19.m.28. pro initio Nonæ, & eſt hora Meridiei. Et vlterius Veſperarum initium eſse h.21.m.44. Ac denique Completorij initium reſpondere h.23.m.14. Et iſta ſunt tempora Horarum Canonicarum dicta octaua die Decembris iuxtà Horas Italicas.

Sequitur poſt tempora Horarum Canonicarum, Diei, Noctisq; quantitas, cum Noctis Semiſse, Diei autem Semiſsem dat Arcus Semidiurnus propoſitus.

Cum eodem Arcu Semidiurno ſcire poſsumus eaſdem Horas Canonicas iuxtà alia genera horarum, ſcilicet à Meridie, & media Nocte in Cap.27. iuxtà Babylonicas, in Cap.28. iuxtà Inæquales in Cap.29.

6 Quod ſi ſcire deſideras † Horas Canonicas
eadem die octaua Decembris apud Antipodes
in eadem Poli eleuatione Grad.42. Poli Auſtra-
lis: Facilè hoc aſsequi poteris, cognito Arcu
Semidiurno propoſitæ diei octauæ Decembris
apud Antipodes, nimirum, vt dicitur in Cap.24.
ante Tabulas Arcuum Semidiurnorum omnium
Poli Borealis eleuationum, ſi aſsumatur comple-
mentum Arcus Semidiurni Poli Borealis, quem
diximus eſse h.4.m.32. vſque ad 12. quod com-
plemētum eſt h.7.m.28. qui Arcus Semidiurnus
repertus, vt prius, in Horis Canonicis Cap.26.
iuxtà Horas Italicas, dabit ſimiliter initia Hora-
rum Canonicarum apud Antipodes in dicta die
octaua Decembris, vt etiam aduertimus obiter
ſuprà in præcedenti Cap.22. in ſupplemento ad
dictum Caput, quod habetur Tabulas num.3. in
fine, ibi, Hiç obiter.

Vltrà Horas Canonicas in dicta die 8. Decem-
7 bris, ſi quæratur initium, & curatio † Auroræ, &
Crepuſculi, hoc facilè inuenietur in Capite 25.
Vbi habentur Crepuſculorum quantitates pro
omnibus Poli eleuationibus, & ſingulis anni die-
bus, prout ſimiliter habentur Arcus Semidiurni.

Si ergo propoſita dies 8. Decembr. in eleuatione Poli Grad.42. in præfata inquiratur Tabula Crepuſculorum, inuenietur Crepuſcula durare h.1.m.45. poſt Solis occaſum, & quę Noctis hora terminari Crepuſculum, & ſimiliter Auroræ initium eſse h.1.m.45. ante Solis ortum, qui (vt diximus) cum ea die oriatur h.14.m.56. Aurora incipiet h.13.m.11.

Quæ Auroræ, & Crepuſculi cognitio deſer-
uiet pro initio celebrationis Miſsarum, † & fine 8
acquiſitionis Indulgentiarum, vt ſuperiùs Ca-
pit. 19. & 21. dictum eſt.

Apud Antipodes in præfata die 8. Decembris
in eleuatione Gr.42. † Poli Auſtralis, Crepuſcu- 9
lorum quantitas dignoſcetur, ſi Arcus Semidiur-
ni complemento, vt ſuprà inuento, Horarum 7.
min.28. inquiratur, in qua menſis die contingat,
nam illa die reperta in dicta Tabula Crepuſculo-
rum habebitur Crepuſculi quantitas. Vndè cum
Arcus Semidiurnus prædictis h.7. m.28. incidat
in diem octauam Iulij, ſi quæratur iſta dies in Ta-
bula Crepuſculorum in eleuatione Grad.42. no-
ta fiet Crepuſculi quantitas Horarum 2. min.14.
in die quæ eſt octaua Decēbris in Polo Boreali,
in Auſtrali verò apud Antipodes eſt dies 8. Iulij:
quod etiam notauimus infrà Cap.25. in princip.

ARCVS SEMIDIVRNI
In vniuerſo Terrarum Orbe ſingulis Anni diebus in perpetuum.

CAP. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Arcus ſemidiurni Poli Borealis, quomodo extendantur ad Polum Auſtralem.*

2 *Dierum, & Noctium continuarum quantitates vbi habeantur, cum alijs ad hanc materiam ſpectantibus.*

3 *Arcus Semidiurni, & Differentiæ Aſcenſionales qua ratione ſupputentur.*

4 *Lux continua Sole exiſtente infrà, & ſuprà Horizontem. Item noctes, ſiue tenebræ continuæ qualiter ſupputentur.*

5 *Lucis continuæ infrà Horizontem initium demonſtratur eſſe in eleuatione Poli Borealis Graduum integrorum Grad 47. Et in Gradibus cum minutis, eſſe in Grad.48. min.30. Aurora, & Crepuſcula ceſſant in ſignis Borealis in eleuatione Poli Grad.72.*

6 *Crepuſcula ceſſant in eleuatione Poli Borealis Grad.81. in ſignis Auſtralibus.*

7 *Lux infrà Horizontem continua non dicitur Aurora, nequè Crepuſculum, quando Sol non oritur poſt ipſam lucem, vel non ſequitur eiuſdem occaſum.*

8 *Crepuſcula ceſſare oſtenditur à Grad.81. Poli Borealis eleuati vſquè ad Grad.90.*

9 *Der-*

9 *Dierũ, & noctiũ cõtinuarum lucis cõtinua infrà Horizõtem, & Crepuſculorũ duratio, & terminatio ab eleuatione Poli Borealis Gr.66.m.30. vſquè ad Grad.90: extenſa, & expanſè poſita.*

10 *Dierum, & noctium continuarum, Lucis continua infrà Horizontem, & Crepuſculorum duratio, & terminatio, ab eleuatione Poli Borealis Grad.66. min.30. vſquè ad Grad.90. per Tabulas. Vbi etiam habetur Tabula lucis continua infrà Horizontem etiam à Grad.49. vbi dicta lux incipit, cum alijs multis ſcitu dignis in Tabulas ſex diſtributa.*

11 *Arcus Semidiurni pro omnibus diebus in vniuerſo Mundo diuiſi in Tabulas 92.*

ARCVS Semidiurni in vniuerſo Terrarum Orbe, omnium dierum totius Anni, per Menſes, eorumquè Dies ſingulos diſtributi, ad omnes Hemiſphærij Borealis, ſiue Poli Arctici altitudines calculati in hoc Capite exhibentur.

1 † Quorum complementa vſquè ad horam 12. exhibent Arcus Semidiurnos in Hemiſphærio Auſtrali in eadem Poli eleuatione. Vndè cum in Polo Boreali eleuato Grad.42. die 24. Aprilis Arcus Semidiurnus ſit hor.6. min.46. continebit idem Arcus Semidiurnus in eadẽ eleuatione Poli Antartici, ſiue Auſtralis eadem die 24. Aprilis hor.5. min.14. quæ ſunt complementa dicti Arcus Semidiurni in Hemiſphærio Boreali, & ſunt quantitas dimidię noctis in ipſo Hemiſphærio Boreali, in Auſtrali verò, ſiuè apud Antipodes, ſunt quantitas ſemiſſis diei, nimirum ipſius Arcus Semidiurnus.

2 Dierum etiam, & noctium quantitates † excedentes horas 24. quæ proptereà Lux, vel Dies continuæ, & Nox, ſiue Tenebræ continuæ appellantur, quales poſt eleuationẽ Poli Grad. 66. min.30. contingunt, habentur infrà in Arcubus Semidiurnis poſt dictum Grad.66. min.30. etiam diſtinctius ante ipſos Arcus Semidiurnos Tabulas particulariter poſuimus dierum, & noctium continuarum, necnon Crepuſculorum durationem, & terminationẽ ab eleuatione Poli Gr. 66. min.30. vſquè ad Grad.90. quando incipit Lux, ſiue Dies continua Sole exiſtẽte ſuprà Horizontem, & quando terminatur. Item quando incipit, & finitur Lux continua Sole infrà Horizontem exiſtente. Item principium, & finem Noctis, ſiue Tenebrarũ continuarũ. Ac deniquè principium, & finem durationis Crepuſculorũ prætereà, quæ ſequenti Cap.25. circà Crepuſcula dicemus.

3 CALCVLI ratio in iſtis † Arcubus Semidiurnis eſt per differentias Aſcenſionales, eas addendo horis ſex in ſignis Borealibus, detrahendo verò in Auſtralibus.

IN Differentijs verò Aſcenſionalibus ſeruata eſt regula Chriſtophori Clauij Præceptoris mei, de qua *in lib. 1. Aſtrolab. Lemm. 19. n. 20. fol. 166.* in prima impreſſione, videlicet.


Vt ſinus totus ad tangentem altitudinis Poli propoſitæ, ita ſinus differentiæ Aſcenſionalis cuiuſuis pũcti Eclipticæ in altitudine Poli Gr.45 ad ſinũ differentię Aſcenſionalis eiuſdem puncti in altitudine Poli propoſita.

Vel quod idem eſt. Fiat vt ſinus totus ad tangentem complementi anguli dati, hoc eſt, ad tangentem altitudinis Poli, ita tangens declinationis (quæ eſt æqualis ſinui differentiæ Aſcenſionalis in latitudine Grad.45. eiuſdem puncti Eclipticæ) ad aliud, & repetietur ſinus, differentiæ Aſcenſionalis in altitudine Poli propoſita. Idem Clauius vbi ſuprà *num 19. & in fin. nu. 20.*

Quia de calculi ratione Arcuum Semidiurnorum non excedentium horas 12. infrà Polum eleuatum Grad.66. min.30. dictum eſt, ponamus † etiam modum, quo reperiri poteſt quantitas 4
diei, ſiue lucis continua, Sole tàm exiſtente ſuprà, quàm infrà Horizontem, intrà videlicet, Grad.18. quæ diſtantia communiter cum Ptolomeo ab Aſtronomis pro initio Crepuſculorum aſſignatur, & eadem ratione nox, ſiue tenebræ continuæ, quæ diei, ſiue luci continuæ in eadem Poli eleuatione eſt æqualis, reperitur. Eodem etiam modo docebimus qualiter Crepuſcula inueſtigentur, quando eſt lux continua, vt dictum eſt, infrà Horizontem, inueniendo principium, & finem durationis ipſorum Crepuſculorum.

Vt autem faciliùs, quod dicturi ſumus, intelligatur; Sit in præſenti figura Meridianus ABCD, Horizon AC, altitudo Poli Grad.70. AE, axis EF, Æquator GH, cuius altitudo Gr.20. CH, complementum, videlicet, altitudinis Poli, Tropicus ♋ IK, Tropicus ♑ LM, linea NO, Graduum 18. infrà Horizontem, à qua, vt diximus incipiunt Crepuſcula. Ex his non eſt difficilè inuenire. Primò quantitatem lucis continuæ ſuprà Horizontem Sole exiſtente. Cum enim angulus APG, æqualis ſit angulo HPC, cum ſint ad verticẽ 15. prim. Euclid. erũt etiã Arcus CH, & AG, inter ſe æquales 26. tert. Euclid. ac proptereà AG, quæ eſt depreſſio Æquatoris cõtinebit etiã ſicut etiam eius altitudo Grad.20. Cum autem dictus Arcus GA, ſit Grad.20. ſub Horizonte ſi ei addatur complemẽtum declinationis vſquè ad Grad.23. min.30. nimirum, Grad.3. min.30. vt eſt Arcus AI, iſti Grad.3. min.30. erunt lux continua in iſta Poli eleuatione Sole ſuprà Horizontem exiſtente. Et cum dicti Grad.20. ſint declinatio in ſignis Borealibus Grad.29. m.5. ♉ dicemus ab hoc puncto incipere lucem continuam, & cum totidem Gradibus declinet Gr.0. min.55.

min.55. ♌ nimirum, à puncto H, Æquinoctialis vſquè ad punctũ R, ibi erit finis d. lucis cõtinuæ.



Et cum totidem etiam Gradibus declinent in ſignis Auſtralibus, Grad.29. min.5. ♏ Scorpij, & Grad.0. min.55. ♒ Aquarij, dicemus toto iſto tempore durare noctem, ſiue tenebras cõtinuas in dicta Poli eleuatione. Sole, videlicet, deſcendente à puncto C, paralelli dicti Grad.29. m.5. Scorpij vſquè ad punctum M, Tropicum ſcilicet Capricorni LM, & à puncto L, aſcendente vſquè ad punctum S, paralellum, nimirum, Grad.0. min.55. ♒ Aquarij.

LVX autem continua Sole exiſtẽte infrà Horizontem ita reperiri poteſt; Cum, vt dictum eſt Æquatuor GH, ſit infrà Horizontem Grad.20. & ſic Grad.2. ſub linea NO, quæ eſt linea Crepuſculorum, Grad.18. exiſtens infrà Horizontem; Incipiet ergo lux contiua à puncto N; per quod tranſit paralellus NQ, nimirum, Grad.5. min.0. ♈ vſquè ad punctum A, Horizontis, ideſt, ad paralellum AR, qui eſt Gr.20. ab Æquatore, & ſic Grad.29. min.5. ♉. Et in hoc paralello terminatur lux continua Sole exiſtente infrà Horizontem.

Sequitur poſteà dies, ſiue lux continua Sole exiſtente ſuprà Horizontem, à dicto puncto A, Horizontis, ſiue paralello AR, qui eſt Grad.29. min.5. ♉, vſquè ad punctum I, Tropici ♋, à quo puncto dies, ſiue dicta lux continua regreditur à paralello ♋ IK, ad dictum paralellum AR, qui eſt Grad.0. min.55. ♌, qui à Tropico Canoni æquidiſtat ſicut Grad.29. min.5. ♉, & ibi quieſcit lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.

Succedit poſteà eadem lux continua Solis infrà Horizontem exiſtentis intrà Grad.18. Crepuſculorum, vt dictum eſt, intrà, nimirum, Arcum NA, quæ ſicut cępit à Grad.5. min.0. ♈, & progreſſu ſuit vſquè ad Grad.29. min.5. ♉, ita eadem regreditur à Grad.0. min.55. ♌, vſquè ad Gr.25. min.0. ♍.


Ceſſante dicta luce continua ſequuntur Crepuſcula terminata à d. Grad.25. min.0. ♍.

Succeſſiones temporum in eleuatione Poli Borealis Grad.70.
DIES, ſiue Lux continua Sole exiſtente ſuprà Horizontem.
A, paralello AR, vſquè ad paralellum IK. Et ab iſto IK, ad eiuſdem AR. videlicet, A, Grad.29. min.5. ♉. vſquè ad ♋, & à ♋, ad Grad.0. min.55. ♌. Hoc eſt, A die 20. Maij, vſquè ad 22. Iunij, & ab hac ad diem 24. Iulij.
Lux continua Sole exiſtente infrà Horizontem intrà Gradus 18. Crepuſculorum.
A, paralello NQ, vſquè ad paralellum AR. Et ab iſto ad eumdem NQ. videlicet, A, Grad.5. m.0. ♈. vſquè ad Grad.29. m.5. ♉. Et à Grad.0. m.55. ♌. ad Grad.25. m.0. ♍. Hoc eſt, A die 26. Martij, vſquè ad diem 20. Maij. Et à die 24. Iulij, vſquè ad diem 18. Sept.
CREPVSCVLORVM initium, & finis.
A, paralello NQ, deſcendendo, vſquè ad paralellum SC. Et ab iſto ad eumdem NQ. videlicet, A, Grad.25. min.0. ♍. vſquè ad Grad.29. min.5. ♏. Et à Grad.0. m.55. ♒, ad Grad.5. m.0. ♈. Hoc eſt, A die 18. Septemb. vſquè ad 22. Nouemb. Et à die 21. Ianuar. vſquè ad diem 26. Mart.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, paralello SC, vſquè ad paralellum LM, Et ab iſto ad eumdem SC. videlicet, A, Grad.29. min.5. ♏. vſquè ad ♑. Et à ♑, ad Grad.0. min. 55. ♒. Hoc eſt, à die 22. Nouembris, vſquè ad diem 22. Decembr. Et ab hac ad diem 21. Ianuarij.

Hac via, & ratione diem, ſiue lucem continuam Solis exiſtentis tàm infrà, quàm ſuprà Horizontem; Item noctes, & tenebras continuas, & Crepuſculorum principia, & fines inueſtigamus in omnibus Poli eleuationibus ab eleuatione nimirum, Grad.66.m.30. vſquè ad Gr.90.

Illud etiam non omittimus hoc loco dicere,
5 quod initiū lucis continuæ Sole exiſtente infrà Horizontē in eleuatione Poli Graduū integrorū, eſt in eleuatione Gr.49. vt patet in prima figura.

Figura 1. eleuationis Poli Borealis Grad.49.




Vbi Aequinoctialis G H, eleuatur Grad.41. & totidem deprimitur infrà Horizontem in puncto G, & demptis Grad.23. min.30. vſquè ad punctum I, hoc idem punctum I eſt ſuprà rectam N O, (quæ eſt linea Crepuſculi paralella Horizonti) minutis 30.cum Grad.23. ab Aequatore in dicto puncto G, numerati cadant in punctum N, quod ab Horizōte diſtat Gr. 18.& ſic min.30. ſunt à puncto N, vſquè ad I. comprehenſa ab Arcu N I: Et cum ijdem Grad.23. cadant, vt dictum eſt, in Grad.18. min.29. ♊, & Grad.11. m.31. ♋, qui ſignorū Gradus declinant Gr.23. ab Aequatore, dicemus, lucem continuam Solis exiſtentis infrà Horizontem incipere à Grad.18. m.29. ♊, & continuare vſquè ad Grad.11.m.31. ♋. Hoc eſt, à die circiter 10. Iunij vſquè ad diem 4. Iulij.

In eleuatione autem Poli Graduum integrorum vnà cum minutis, nimirum, Grad.48. m.30. cadent Grad.23.m.30. dempti ex complemento dictæ altitudinis Poli, in Gr.18. ſub Horizōte,& ſic punctum I, in punctum N. Vndè lux continua in dicta eleuatione continget ſolum in puncto Solſtitij Aeſtiui Cancri ♋.

Licet præſens Cap.24.ad Arcus Semidiurnos non ad Crepuſcula ſpectet, de quibus in ſequēti Capite, hic tamen occaſione lucis continuæ aliqua breuiter attingemus. Crepuſcula igitur incipiunt à Sphœra Recta, & terminantur in Polo eleuato Grad.81. in ſignorum Gradibus, & diebus notatis infra in hoc eodem Capite 24. nu.9. in Poli eleuationibus à Grad.66. min.30. vſquè ad Grad.90. & num.10. in Tabulis eorumdem Graduum, & fuſiùs in dicto Cap.25.

Aurora igitur cœpta à Sphœra Recta, vt diximus, incipit deficere in eleuatione Poli Gr.48. min.30. vt dictum eſt. in Solſtitio Aeſtiuo Cancri ♋. & ſic in ſignis Borealibus. In eleuatione Grad.72.min.0. deficit Aurora quoad omnia ſigna Borealia.

Figura 2. eleuationis Poli Borealis Grad.72.




Nam in dicta eleuatione, vt apparet in ſecūda figura, quæ eſt pro dicta eleuatione Grad. 72. Aequinoctialis GH, eleuatur ſuprà Horizontem Grad. 18. quod eſt complementum altitudinis Poli, & totidem deprimatur ex parte Boreali infrà ipſum Horizontem G H, cum ſint anguli alterni, cadet punctum G, in punctum N, linea N O, quæ eſt paralella Horizonti, & repreſentat circulum Crepuſculorum, in ipſa media nocte talis fiet cōtactus, & Aurora deficiet in omnibus ſignis Borealibus ab Ariete ♈, ad Cancrum ♋, ab Aequatore nimirum, vſquè ad Solſtitium Aeſtiuum, & ab eo vſquè ad Aequatorem, & ſic in omnibus ſignis Borealibus eſt lux continua tota nocte dierum naturalium.

ADDIMVS quod Crepuſcula † ceſſant in totum etiam quoad ſigna Auſtralia in eleuatione 6
Poli Grad.81. vt patet in tertia figura, vbi recta ND, ducta à puncto N, in Grad.18. infrà Horizontem, ad punctum D, Horizontis, oſtendit omnes paralellos Solis à dicto puncto N, vſquè ad punctum Horizontis B, eſſe infrà Horizontem

infrà

infrà Horizontem intra Gr. 18. ab Horizonte, & ſic eſſe lucem cõtinuam Solis infrà Horizontem exiſtentis: poſteà verò à dicto puncto B, vſquè ad punctum I, Tropicum Cancri ♋, ſuccedere

Figura 3. eleuationis Poli Borealis Grad. 81.



lucem cõtinuam Solis exiſtentis ſuprà Horizontem, & etiam deſcẽdendo vſquè ad punctum Q, ita vt paralellus BQ, ſit initium dictæ lucis continuæ, Sole aſcendente ad ♋, & finis eodem deſcendente ad eumdem paralellum B Q.

A, paralello verò prædicto BQ, vſquè ad paralellum N D, ſuccedit infrà Horizontem Lux continua, infrà verò dictum paralellum ND, ſequitur Nox, ſiue Tenebræ cõtinuę vſquè ad LM, Tropicum Capricorni ♑, & ceſsãt Crepuſcula.


7 Et licet paralelli † exiſtẽtes inter ND, & LM, aſcendant ſuprà rectam N O, quæ eſt linea vbi Crepuſcula de mane Oriente Sole incipiunt, & eo Occidente de ſero terminantur, cum ſit linea Grad. 18. ſub Horizonte:

Non tamen propterea dicti paralelli aſcẽdentes, & tranſeuntes per rectam NR, vel etiam deſcendentes, licet lucem faciant ſuprà Horizontem, dicentur Aurorã, vel Crepuſculum facere, cum enim ſit Nox, vel Tenebræ continuæ, nec præueniunt, nequè ſequuntur Solem, qui in tenebris continuis non apparet ſuprà Horizontem, & propterea de tali Solis illuceſcẽtia non habetur ratio. Quod etiam eſt dicẽdum in alijs noctibus, & tenebris continuis in alijs Poli eleuationibus contingentibus, in quibus non conſideratur, vt diximus, Aurora, nequè Crepuſculum.

Ceſſantibus Crepuſculis in eleuatione Poli Borealis Grad. 81. vt dictum eſt, & linea DN, vt in ſecunda figura ſuperius poſita, terminante noctem, ſiue tenebras continuas, deſinunt Crepuſcula.

In alijs poſteà vlterioribus eleuationibus vſq; ad Grad. 90. ſimiliter ceſſant Crepuſcula, manente ſemper puncto D. in ipſo † Horizonte, per 8
quod ſucceſſiuè Gradus Eclypticæ Aequatori proximiores tranſeunt, & aſcendente puncto paralelli ad ſuperiores partes ex alia parte ſuprà punctum N, (in Grad. 18. infrà Horizontem poſito pro initio Crepuſculorũ, vt in præſenti figura

Figura eleuationis Poli Borealis Grad. 85.



eleuationibus Grad. 85.) ad punctum R, ducta recta D R, erit hæc terminus Noctis continuæ, & punctum R, aſcendit ſuprà punctum N, cum à puncto B, Horizontis vſquè ad N ſint Grad. 18. à dicto verò puncto B, vſquè ad R, ſint ſolum Grad. 10. in præſenti eleuatione Grad. 85. Et ad huc vlterius Polo eleuato, ſemper punctum R, aſcendit verſus Horizontem verſus punctum B, donec recta DR, ſit eadem linea cum Horizõte, & Aequinoctiali, vt contingit Polo eleuato in Sphæra obliquiſſima, in Grad. 90. in quo recta R D, cadit in rectam B D, quæ eſt Horizon, & Aequinoctialis in dicta eleuatione Grad. 9. Vt manifeſtè apparet in hac præſenti figura, ita vt non requiratur vlterior declaratio. In eadem etiam figura claté videtur, quod incipiente Nocte, vel Tenebris continuis in paralello RD, & continuante vſquè ad Tropicum ♑ LM. & regrediente ad eumdem terminum RD, durat lux continua ſub Horizonte à dicta linea RD, vſquè ad NS, quæ ſemper creſcit vſquequò. in eleuatione Poli Grad. 90. recta R D, cadat ſuprà rectam B D Horizontis, vt dictum eſt, & recta N S, in rectam N O.

Quan-

Digitized by Google

Quantitates Dierum,† & Noctium continuarum, necnon Lucis continuæ Sole infrà Horizontem exiſtente ante Ortum, & poſt Occaſum, Lucis continuæ ſuprà Horizontem, ac deniquè Crepuſculorum duratio, & terminatio, ab eleuatione Poli Borealis Grad. 66. min. 30. vſquè ad Grad. 90.

Licet iſta omnia, & alia plura diſtinctè habeantur in paulò infrà poſitis Tabulis omnium Arcuum Semidiurnorum, & quantitatis Crepuſculorum omnium dierum totius Anni, non ſolum in prædictis, ſed etiam in omnibus vtriuſque Poli eleuationibus. Placuit tamen ea hic ſeorſim per extenſum repetere, ſiue præponere, vt magis appareant ſucceſſiones variæ temporum in dictis eleuationibus, & diſtinctius tàm in ſe ipſis, quàm collatæ cum alijs. Eademquè omnia etiam per Tabulas poſtea breuius ob oculos conſpiciendas diſponere, cum ex iſta varietate non modica præter delectationem innoteſcat determinatio ſucceſſionis temporum.

Primus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 66. m. 30.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 13. min. 55. ♈ Arietis. vſquè ad Grad. 0. min. 0. ♋ Cancri.
Hoc eſt, A die 4. Aprilis, vſquè ad 22. Iunij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 0. min. 0. ♋ Cancri, vſq è ad Grad. 16. min. 5. ♍ Virginis.
Hoc eſt, A die 22. Iunij, vſquè ad diem 9. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 0. min. 0. ♋ Cancri Solſti io Æſtiuo.
Hoc eſt, A die 22. Iunij. Horarum 24.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
In ipſo Grad. 0. min. 0. ♑ Capricorni.
Hoc eſt, A die 22. Decembris Solſtitio Hyberno.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 16. min. 5. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 13. min. 55. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 9. Sptembris, vſquè ad diem 4. Aprilis.

Secun-

Digitized by Google

Secundus Curſus Solis per totum Annum in Polo Boreali eleuato Grad. 67.

LV X continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 12. min. 37. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 18. min. 28. ♊ Gemin.
Hoc eſt, A die 3. Aprilis vſquè ad diem 10. Iunij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 11. min. 32. ♋ Cancri, vſquè ad Grad. 17. min. 23. ♍ Virginis.
Hoc eſt, A die 4. Iulij, vſquè ad diem 10. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 18. min. 28. ♊ Gemin. vſquè ad Grad. 11. min. 32. ♋ Cancri.
Hoc eſt, A die 10. Iunij, vſquè ad diem 4. Iulij.
NOX, ſiue tenebræ continuæ.
A, Grad. 18. min. 28. ♐ Sagittarij vſquè ad Grad. 11. min. 22. ♑ Capricorni.
Hoc eſt, A die 11. Decembris, vſquè ad diem 2. Ianuarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 17. min. 23. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 18. min. 28. ♐ Sagitt.
Hoc eſt, A die 10. Septembris, vſquè ad diem 11. Decembris.
ET, A, Grad. 11. min. 32. ♑ Capricorni, vſquè ad Grad. 12. min. 37. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 2. Ianuarij vſquè ad diem 3. Aprilis.

Tertius Curſus Solis per totum Annum in Polo Boreali eleuato Grad. 68.

LV X continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 10. min. 5. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 10. min. 0. ♊ Gemin.
Hoc eſt, A die 31. Martij, vſquè ad diem 1. Iunij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 20. min. 0. ♋ Cancri, vſquè ad Grad. 19. min. 55. ♍ Virginis.
Hoc eſt, A die 13. Iulij, vſquè ad diem 13. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 10. min. 0. ♊ Gemin. vſquè ad Grad. 20. min. 0. ♋ Cancri.
Hoc eſt, A die 1. Iunij vſquè ad diem 13. Iulij.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 10. min. 0. ♐ Sagittarij, vſquè ad Grad. 20. min. 0. ♑ Capricorni.
Hoc eſt, A die 3. Decembris, vſquè ad diem 11. Ianuarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 19. min. 55. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 10. min. 0. ♐ Sagittarij.
Hoc eſt, A die 13. Septembris, vſquè ad diem 3. Decembris.
ET, A, Grad. 20. min. 0. ♑ Capricorni, vſquè ad Grad. 10. min. 5. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 11. Ianuarij, vſquè ad diem 31. Martij.

Digitized by Google

Quartus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 69.

LV X continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 7. min. 32. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 4. min. o. ♊ Gemin.
Hoc eſt, A die 28. Martij, vſquè ad diem 26. Maij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 26. min. o. ♋ Cancri, vſquè ad Grad. 22. min. 28. ♍ Virginis.
Hoc eſt, A die 19. Iulij, vſquè ad diem 16. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 4. min. o. ♊ Gemin., vſquè ad Grad. 26. min. o. ♋ Cancri.
Hoc eſt, A die 26. Maij, vſquè ad diem 19. Iulij.
NOX, ſiue tenebræ continuæ.
A, Grad. 4. min. o. ♐ Sagitt. vſquè ad Grad. 26. min. o. ♑ Capric.
Hoc eſt, A die 27. Nouembris, vſquè ad diem 17. Ianuarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 22. min. 28. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 4. min. o. ♐ Sagittar.
Hoc eſt, A die 16. Septembris, vſquè ad diem 27. Nouembris.
ET, A Grad. 26. min. o. ♑ Capric. vſquè ad Grad. 7. min. 32. ♈ Ariet.
Hoc eſt, A die 17. Ianuarij vſquè ad diem 28. Martij.

Quintus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 70.

LV X continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 5. min. o. ♈ Ariet. vſquè ad Grad. 29. min. 5. ♉ Tauri.
Hoc eſt, A die 26. Martij, vſquè ad diem 20. Maij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. o. min. 55. ♌ Leonis, vſquè ad Grad. 25. min. o. ♍ Virgin.
Hoc eſt, A die 24. Iulij, vſquè ad diem 18. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 29. min. 5. ♉ Tauri, vſquè ad Grad. o. min. 55. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 20. Maij, vſquè ad diem 24. Iulij.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 29. min. 5. ♐ Scorpij, vſquè ad Grad. o. min. 55. ♒ Aquar.
Hoc eſt, A die 22. Nouembris, vſquè ad diem 21. Ianuarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 25. min. o. ♍ Virgin. vſquè ad Grad. 29. min. 50. ♐ Scorpij.
Hoc eſt, A die 18. Septembris, vſquè ad diem 22. Nouembris.
ET, A Grad. o. min. 55. ♒ Aquar. vſquè ad Grad. 5. min. o. ♈ Ariet.
Hoc eſt, A die 21. Ianuarij, vſquè ad diem 26. Martij.

Sextus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 71.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem,
Ante Solis ortum.
A, Grad. 2. min. 30. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 24. min. 45. ♉ Tauri,
Hoc eſt, A die 23. Martij, vſquè ad diem 16. Maij,
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 5. min. 15. ♌ Leonis, vſquè ad Grad. 27. min. 30. ♍ Virgin.
Hoc eſt, A die 29. Iulij, vſquè ad 21. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem,
A, Grad. 24. min. 45. ♉ Tauri, vſquè ad Grad. 5. min. 15. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 16. Maij, vſquè ad diem 29. Iulij.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 24. min. 45. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad. 5. min. 15. ♒ Aquarij.
Hoc eſt, A die 18. Nouembris, vſquè ad diem 25. Ianuarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 27. min. 30. ♍ Virgin. vſquè ad Grad. 24. min. 45. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 21. Septembris, vſquè ad diem 18. Nouembris.
ET, A Grad. 5. min. 15. ♒ Aquar. vſquè ad Grad. 2. min. 30. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 25. Ianuarij, vſquè ad diem 23. Martij.
* Ab iſto Grad. 71. ceſſant Crepuſcula in ſignis Borealibus.

Septimus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 72.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem,
Ante Solis ortum.
A, Grad. 0. min. 0. ♈ Ariet vſquè ad Grad. 20. min. 49. ♉ Tauri,
Hoc eſt, A die 21. Martij, vſquè ad diem 12. Maij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 9. min. 11. ♌ Leonis, vſquè ad Grad. 0. min. 0. ♎ Libræ,
Hoc eſt; A die 2. Auguſti, vſquè ad diem 24. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 20. min. 49. ♉ Tauri, vſquè ad Grad. 9. min. 11. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 12. Maij, vſquè ad diem 2. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 20. min. 49. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad. 9. min. 11. ♒ Aquarij.
Hoc eſt, A die 14. Nouembris, vſquè ad diem 29. Ianuarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt in ſignis Auſtralibus. *
A, Grad. 0. min. 0. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 20. min. 49. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 24. Septembris, vſquè ad diem 14. Nouembris.
ET, A Grad. 9. min. 11. ♒ Aquarij, vſquè ad Grad. 0. min. 0. ♈ Ariet.
Hoc eſt, A die 29. Ianuarij, vſquè ad diem 21. Martij.

Digitized by Google

Octauus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 73.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 27. min. 30. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 17. min. 10. ♉ Tauri.
Hoc eſt, A die 19. Martij, vſquè ad diem 8. Maij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 12. min. 50. ♌ Leonis, vſquè ad Grad. 2. min. 30. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 5. Auguſti, vſquè ad 26. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 17. min. 10. ♉ Tauri, vſquè ad Grad. 12. min. 50. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 8. Maij, vſquè ad diem 5. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 17. min. 10. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad. 12. min. 50. ♒ Aquarij.
Hoc eſt, A die 10. Nouembris, vſquè ad diem 2. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 2. min. 30. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 17. min. 10. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 26. Septembris, vſquè ad diem 10. Nouembris.
ET, A Grad. 12. min. 50. ♒ Aquar. vſquè ad Grad. 27. min. 30. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 2. Februarij, vſquè ad diem 19. Martij.

Nonus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 74.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 25. min. 0. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 13. min. 45. ♉ Tauri.
Hoc eſt, A die 16. Martij, vſquè ad diem 4. Maij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 16. min. 15. ♌ Leonis, vſquè ad Grad. 5. min. 0. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 9. Auguſti, vſquè ad diem 29. Septembris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 13. min. 45. ♉ Tauri, vſquè ad Grad. 16. min. 15. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 4. Maij, vſquè ad diem 9. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 13. min. 45. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad. 16. min. 15. ♒ Aquarij.
Hoc eſt, A die 7. Nouembris, vſquè ad diem 5. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 5. min. 0. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 13. min. 45. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 29. Septembris, vſquè ad diem 7. Nouembris.
ET, A Grad. 16. min. 15. ♒ Aquarij, vſquè ad Grad. 25. min. 0. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 29. Ianuarij, vſquè ad diem 16. Martij.

Decimus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 75.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 22. min. 28. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 10. min. 28. ♉ Tauri.
Hoc eſt, A die 14. Martij, vſquè ad diem 1. Maij.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 19. min. 32. ♌ Leonis, vſquè ad Grad. 7. min. 32. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 12. Auguſti, vſquè ad diem 1. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 10. min. 28. ♉ Tauri, vſquè ad Grad. 19. min. 32. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 1. Maij, vſquè ad diem 12. Auguſti.
NOX, ſiue tenebræ continuæ.
A, Grad. 10. min. 30. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad. 19. min. 30. ♒ Aquarij.
Hoc eſt, A die 3. Nouembris, vſquè ad diem 8. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 7. min. 32. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 10. min. 30. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 1. Octobris, vſquè ad diem 27. Nouembris.
ET, A Grad. 19. min. 30. ♒ Aquarij, vſquè ad Grad. 22. min. 28. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 8. Februarij, vſquè ad diem 14. Martij.

Vndecimus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 76.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 19. min. 55. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 7. min. 20. ♉ Tauri.
Hoc eſt, A die 11. Martij, vſquè ad diem 28. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 22. min. 40. ♌ Leonis, vſquè ad Grad. 10. min. 5. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 16. Auguſti, vſquè ad diem 4. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 7. min. 20. ♉ Tauri, vſquè ad Grad. 22. min. 40. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 28. Aprilis, vſquè ad diem 16. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 7. min. 20. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad. 22. min. 40. ♒ Aquar.
Hoc eſt, A die 31. Octobris, vſquè ad diem 11. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 10. min. 5. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 7. min. 20. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 4. Octobris, vſquè ad diem 1. Nouembris.
ET, A Grad. 22. min. 40. ♒ Aquar. vſquè ad Grad. 19. min. 55. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 11. Februarij, vſquè ad diem 11. Martij.

Duodecimus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad.77.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad.17. min.23. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad.4. min.20. ♉ Tauri.
Hoc eſt, A die 8. Martij, vſquè ad diem 25. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad.25. min.40. ♌ Leonis, vſquè ad Grad.12. min.37. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 19. Auguſti, vſquè ad 6. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad.4. min.20. ♉ Tauri, vſquè ad Grad.25. min.40. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 25. Aprilis, vſquè ad diem 19. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad.4. min.20. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad.25. min.40. ♒ Aquarij.
Hoc eſt, A die 29. Octobris, vſquè ad diem 13. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad.12. min.37. ♎ Libræ, vſquè ad Grad.4. min.20. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 6. Octobris, vſquè ad diem 29. Octobris.
ET, A Grad.25. min.40. ♒ Aquar. vſquè ad Grad.17. min.23. ♓ Piſc.
Hoc eſt, A die 13. Februarij, vſquè ad diem 8. Martij.

Decimus tertius Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad.78.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad.14. min.46. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad.1. min.25. ♉ Tauri.
Hoc eſt, A die 6. Martij, vſquè ad diem 22. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad.28 min.35. ♌ Leonis, vſquè ad Grad.15. min.14. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 22. Auguſti, vſquè ad diem 9. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſupra Horizontem.
A, Grad.1. min.25. ♉ Tauri, vſquè ad Grad.28. min.35. ♌ Leonis.
Hoc eſt, A die 22. Aprilis, vſquè ad diem 22. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad.1. min.25. ♏ Scorpij, vſquè ad Grad.28. min.35. ♒ Aquar.
Hoc eſt, A die 26. Octobris, vſquè ad diem 17. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad.15. min.14. ♎ Libræ, vſquè ad Grad.1. min.25. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 9. Octobris, vſquè ad diem 26. Octobris.
ET, A Grad.28. min.35. ♒ Aquarij, vſquè ad Grad.14. min.46. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 17. Februarij, vſquè ad diem 6. Martij.

Decimus quartus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 79.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 12. min. 12. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 28. min. 35. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 6. Martij, vſquè ad diem 19. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 1. min. 25. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 17. min. 48. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 25. Auguſti, vſquè ad diem 11. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 28. min. 28. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 1. min. 25. ♍ Virginis.
Hoc eſt, A die 19. Aprilis, vſquè ad diem 25. Auguſti.
NOX, ſiue tenebræ continuæ.
A, Grad. 28. min. 35. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 1. min. 25. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 23. Octobris, vſquè ad diem 17. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 17. min. 48. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 28. min. 35. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 11. Octobris, vſquè ad diem 23. Octobris.
ET, A Grad. 1. min. 25. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 12. min. 12. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 17. Februarij vſquè ad diem 6. Martij.

Decimus quintus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 80.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 9. min. 35. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 25. min. 50. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 28. Februarij, vſquè ad diem 16. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 4. min. 10. ♍ Virgin. vſquè ad Grad. 20. min. 25. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 28. Auguſti, vſquè ad diem 14. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 25. min. 50. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 4. min. 10. ♍ Virginis.
Hoc eſt, A die 16. Aprilis, vſquè ad diem 28. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 25. min. 50. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 4. min. 10. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 20. Octobtis, vſquè ad diem 22. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt.
A, Grad. 20. min. 25. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 25. min. 50. Libræ.
Hoc eſt, A die 14. Octobris, vſquè ad diem 20. Octobris.
ET, A Grad. 4. min. 10. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 9. min. 35. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 22. Februarij, vſquè ad diem 28. Februarij.

Deci-

Decimus ſextus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 81.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 6. min. 55. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 23. min. 5. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 26. Februarij, vſquè ad diem 14. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 6. min. 55. ♍ Virgin. vſquè ad Grad. 23. min. 5. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 30. Auguſti, vſquè ad diem 17. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 23. min. 5. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 6. min. 55. ♍ Virgin.
Hoc eſt, A die 14. Aprilis, vſquè ad diem 30. Auguſti.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 23. min. 5. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 6. min. 55. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 17. Octobris, vſquè ad diem 26. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ incipiunt, ſiue potius ceſſant.
A, Grad. 23. min. 5. ♎ Libræ, vſquè ad eumdem Grad. 23. min. 5. ♎ Libræ.
Hoc eſt. In ipſa die 17. Octobris. In qua ceſſant Crepuſcula.
ET, A Grad. 6. min. 55. ♓ Piſcium. Ad eumdem Grad. 6. min. 55. ♓ Piſcium.
Hoc eſt in ipſa die 26. Februarij. In qua ceſſant Crepuſcula, & Auroræ, vt ſuperius oſtenſum fuit num. 6.

Decimus ſeptimus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 82.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 4. min. 0. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 20. min. 25. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 23. Februarij, vſquè ad diem 11. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 9. min. 35. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 25. min. 50. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 2. Septembris, vſquè ad diem 19. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 20. min. 25. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 9. min. 35. ♍ Virgin.
Hoc eſt, A die 11. Aprilis, vſquè ad diem 2. Septembris.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 20. min. 25. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 9. min. 95. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 14. Octobris, vſquè ad diem 28. Februarij.
CREPVSCVLA, & Auroræ ceſſant.

Deci-

Decimus octauus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 83.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 1. min. 25. ♓ Piſcium, vſquè ad Grad. 17. min. 48. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 20. Februarij, vſquè ad diem 8. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 12. min. 12. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 28. min. 35. ♎ Libræ.
Hoc eſt, A die 5. Septembris, vſquè ad diem 22. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 17. min. 48. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 12. min. 12. ♍ Virgin.
Hoc eſt, A die 8. Aprilis, vſquè ad diem 5. Septembris.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 17. min. 48. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 12. min. 12. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 11. Octobris, vſquè ad diem 3. Martij.
CREPVSCVLA, & Auroræ ceſſant.

Decimus nonus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad. 84.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad. 28. min. 35. ♒ Aquarij, vſquè ad Grad. 15. min. 14. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 17. Februarij, vſquè ad diem 6. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad. 14. min. 46. ♍ Virginis, vſquè ad Grad. 1. min. 25. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 7. Septembris, vſquè ad diem 25. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad. 15. min. 14. ♈ Arietis, vſquè ad Grad. 9. min. 35. ♍ Virgin.
Hoc eſt, A die 6. Aprilis, vſquè ad diem 7. Septembris.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad. 15. min. 14. ♎ Libræ, vſquè ad Grad. 14. min. 46. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 10. Octobris, vſquè ad diem 5. Martij.
CREPVSCVLA, & Auroræ ceſſant.

Vige-

Vigeſimus Curſus Solis per totum Annum In Polo Boreali eleuato Grad.85.

LVX continua Solis exiſtentis infrà Horizontem.
Ante Solis ortum.
A, Grad.25. min.40. ♒ Aquarij, vſquè ad Grad.12. min.37. ♈ Arietis.
Hoc eſt, A die 15. Februarij, vſquè ad 3. Aprilis.
Poſt Solis occaſum.
A, Grad.17. min.23. ♍ Virginis, vſquè ad Grad.4. min.20. ♏ Scorpij.
Hoc eſt, A die 10. Septembris, vſquè ad diem 28. Octobris.
DIES, ſiue Lux continua Solis exiſtentis ſuprà Horizontem.
A, Grad.12. min.37. ♈ Arietis, vſquè ad Grad.17. min.23. ♍ Virginis.
Hoc eſt, A die 3. Aprilis, vſquè ad diem 10. Septembris.
NOX, ſiue Tenebræ continuæ.
A, Grad.12. min.37. ♎ Libræ, vſquè ad Grad.17. min.23. ♓ Piſcium.
Hoc eſt, A die 6. Octobris, vſquè ad diem 8. Martij.
CREPVSCVLA, & Auroræ ceſſant.

2 *Menſis primus Lunaris apud Hæbreos quis ſit.*

3 *Luna primi menſis, eſt cuius xiiij. incidit in ipſum Æquinoctium, vel ipſum proximè ſequitur.*

4 *Luna cuius xiiij. præcedit Æquinoctium non ad primum, ſed ad vltimum anni menſem ſpectat.*

HÆBREIS de Phaſe, ſiue de Paſchate † præ- 1
cipitur *Exod.* 12. *& Leuit.* 23. *& Numer.* 9.)
& 28. quod celebraretur die decima quarta pri-
mi menſis ad Veſperam.

Is autem menſis Lunaris † (menſibus enim 2
Lunaribus Hæbrei vtebantur) primus eſt, cuius
dies xiiij. Lunæ (numerato etiam ipſo die No-
uilunij, ſeu Neomeniæ) cadit, vel in ipſum diem
Æquinoctij Verni, vel poſt Æquinoctium primò
occurrit. Colligitur hoc ex antiquioribus, &
doctoribus Hæbreis, qui ſemper Paſcha ſecun-
dum Cyclum Lunarem in Luna xiiij. cadente in
Æquinoctium, vel ipſum proximè ſequente, tra-
diderunt. Cuius rei teſtis eſt *Ioſeph Iudeus lib.* 3.
Antiquit. Iudaic. cap 13. Vbi apertè docet, quar-
tam decimam Lunam primi menſis, qua Iudæi
Paſcha celebrabant, eſſe eam, quæ vel in Æqui-
noctij diem cadit, vel quæ proximè Æquinoctiū
conſequitur, nimirum, cum Sol eſt, vel in princi-
pio, vel in aliquo Arietis Gradu.

Idem ſenſiſſe Philonem Iudæorum doctiſſimum,

Google

mum, & alios Iudæos antiquiores. Clariſsi-
mis verbis docet Anarolius Laodiceæ Vrbis Sy-
riæ Epiſcopus, qui circà Annum Domini 280.
annis fermè 45. ante Concilium Nicænum flo-
ruit, qui poſtquàm docuerar (vt Auctor eſt *Euſeb.
lib.7. Hiſtor Eccleſ. cap.29*) annum, quod ad
Paſchæ celebrationem attiner, ab Æquinoctio
Verno eſſe inchoandum, ſubiungit in §. *Et ideò
non parum relinquere, &c.* Vbi habet, *Vetuſtio-
res Habreos, & peritiores ſumpſiſſe ex traditione*
3 *Moyſis, † eam Lunam xiiij. primi menſis, quæ
vel in Æquinoctium incidit, vel ipſum proximè ſe-*
4 *quitur, † ita vt Luna xiiij. Æquinoctium ante-
cedens reiecta ſemper fuerit vt inutilis, & quæ ad
vltimum potius menſem anni, quàm ad primum ſpe-
ctaret.* Atque hæc de Paſchatæ Moſayco in ſa-
cra, & diuina Scriptura ſancira ſunt.

DE SACRO PASCHATE Chriſtianorum.

CAP. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *In Paſchatis ſolemnitate in quo à Iudæis Chri-
ſtiani differant.*

2 *In Paſchatis celebratione Chriſtiani quare
differant à Iudæis.*

3 *Paſcha non celebratur ea Dominica in quam
incidit Luna decima quarta primi menſis, ſed
in ſequenti Dominica, & hoc ex duplici ratio-
ne, num.4. & 5.*

6 *Paſcha celebrandum die Dominica prima poſt
Lunam decimam quartam primi menſis con-
firmatur ex ſanctis Patribus, & Conciliis
vſquè ad numer.12.*

12 *Paſcha die Dominico celebrandi morem à tem-
pore Apoſtolorum cepiſſe.*

13 *De Paſcha celebratione ex Beda, & Doctoribus.*

18 *Paſcha, quod debeat celebrari Dominica poſt
Lunam xiiij. primi menſis confirmatur, vt præ-
cedat etiamſi ſequens dies eſſet Dominica.*

21 *Paſchæ celebratio in Dominica Lunæ xv. con-
firmatur.*

22 *In Paſchæ celebratione tria ſunt obſeruanda.*

CHRISTIANI poſt Legem Moſaycam, &
ſic de tempore gratiæ, ſeruant tandem Mo-
bilitatem ſolemnitatis Paſchalis iuxta Lunæ, &
1 Solis motus † cum hac tamen differentia, quod
Eccleſia à Iudæorum more diſceſsit, cum Paſcha
non in ipſa quarta decima Luna primi menſis,
ſed in Dominica, quæ decimã quartã primi men-
ſis proximè conſequitur, celebrari iuſſerit. Pro-
pterea quod prima Dominica poſt Iudæorum
2 Paſcha Dominus à mortuis Reſurrexit. † Et
ſicut Iudæi Paſcha celebrabant in decima quar-
ta Luna, propter immolationem Agni, qui mor-
tem Chriſti præfigurabat. Ita nos in Paſcha Re-
ſurrectionis Chriſti memoriam, quæ Dominica
die contigit, celebramus.

Sed quoties dies decimaquarta † Lunæ pri- 3
mi menſis cadit in diem Dominicam, toties ſo-
lemniratem Paſchæ trãsferri præcipit in ſequen-
tem diem Dominicam, in quem, nimirum, Lunæ
vigeſima prima primi menſis incidir.

Cuius rei duæ potiſsimum cauſæ à Patribus,
& Scriptoribus afferuntur.

Prima, † ne in Luna decima tertia ieiunium 4
Quadrageſimale ſoluatur, aur (ſi tunc non
ſoluatur, ſed in decima quarta Luna, vt Patres
antiqui volebant) ne die Dominico ieiunare co-
gamur cum Hæreticis Manichæis, & ſequenti
die Lunæ feſta Paſchalia incipiant.

Non licuiſſe autẽ ante Lunam decimam quar-
tam primi menſis ſoluere ieiunium conſtat ex
Euſeb lib.5. Eccleſ. Hiſtor. cap.23. Idem docet
*S. Ambroſ. in Epiſt 83 ad Epiſcopos per Æmilium
conſtitutos, in §. Vndè ſi inciderit. Et Venerab. Bed.
lib de Tempor. rat. cap.57.*

Altera verò † ratio eſt, ne vmquàm cum Iu- 5
dæis Paſcha celebremus, aut cum. Quarta de-
cimanis Hæreticis congruamus, qui legem
Moſaycam cum Euangelio obſeruandum eſſe
docebant.

Quod autem Paſcha † celebrandũ ſit die Do- 6
minica, eamquè prima poſt Lunam decimam
quartam primi menſis, nimirum, poſt Paſcha Iu-
dæorum, multis SS. Patrum auctoritatibus, &
Concilijs, Decretiſque confirmari poteſt.

Primò enim id ſtatuit † S. Pius Papa, & Mar- 7
tyr, decimus à B. Petro, circa Annum Domini
159. *in Epiſt. Decreta.i,* his verbis, vt habetur,
*de conſecrat. diſt.3. can. noſſe Noſſe vos volumus,
quod Paſcha Domini die Dominico annuis tempori-
bus ſit celebrandum.* Et paulò poſt. *Vndè & Nos
Apoſtolica auctoritate inſtituimus omnes idem ſer-
uare debere, quia & Nos idem ſeruamus; nec de-
betis à Capite quoquo modo diſcedere.*

Et S. Victor Papa, † & Martyr, quartus deci- 8
mus à B. Petro, circà Annum Domini 198. (vel
vt habet Ciaconius in libro Pontificum, & Car-
dinalium Anno 195.) *in Epiſt. ad Theophilum
Cæſarienſem Epiſcopum,* quæ habetur *diſt.3. de
conſecrat. can. celebritatem.* Decernit clariùs,
Paſcha celebrari debere, non qualibet die Do-
minica, ſed ea, quæ Lunam decimam quartam
primi menſis ſequitur, his verbis. *Celebritatem
Sancti Paſcha die Dominica agi debere, & præde-
ceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & Nos illud eadem
die ſolemniter celebrari mãdamus, quia non decet,*

vt

Digitized by Google

vt membra à Capite diſcrepent, aut aliter gerant. A quarta decima verò Lunæ primi menſis vſque ad vigeſimam primam eiuſdem menſis eadem celebretur feſtiuitas.

Idem à varijs Concilijs confirmatum, & ſan-
9 citum fuit.† In Concilio Primò poſt Apoſtolos, quod præfati S. Victoris hortatu, in Cæſarea Paleſtinę à compluribus Epiſcopis fuit celebratum cuius decretum ponit *Euſeb. lib. 5. Eccleſ. Hiſt. cap. 23.* ibi, *Conuentus Epiſcoporum.* Cuius decreti meminit Theophilius Cæſareæ Peleſtinæ Epiſcopus, qui huic Concilio interfuit, in Epiſtola Synodali, vbi apertiùs explicat, Paſcha eſſe die Dominica poſt Lunam decimam quartam celebrandum, ibi, *Conſtitutum eſt in illa Synodo.*

10 Idem in celeberrima Synodo illa † Nicæna 318. Epiſcoporum ſanctitate, & innocentia vitæ inſignium, cuius verba refert *Socrates lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 6. & Theodoret. lib 1. Hiſtor. Eccleſ. cap. 9* ibi, *Quod autem ad omnium conſenſum.*

11 Idem denique fuit poſtea † ſtabilitum, & ſub pęna anathematis præceptum in Synodo Antiochena, & in Concilio Chalcedonenſi 630. Epiſcoporum, quod ſub Leone Magno celebratum eſt, & in pleriſque alijs Concilijs.

12 Dominico die morē celebrandi Paſcha,† non eſſe nouum aliquod Pontificum, Conciliorumq; decretum, ſed ab ortu naſcentis Eccleſiæ perpetuò viguiſſe Romæ, & apud alias Eccleſias, & ita ab Apoſtolis traditum eſſe, colligi poſſe videtur, cum in Epiſtola Nicæni Concilij diſertis verbis contineatur, morem illum celebrandi Paſcha Romanos, Alexandrinos, atque Ægyptios à primis temporibus tenuiſſe.

13 Quod clarius ex literis † Bedæ intelligitur, cum dicat. *B. Petrum cū Romæ prædicaret, Ieſ. ha ita eſſe faciendum intellexiſſe, eſſeque hanc conſuetudinem Euāgelicam, & Apoſtolicam traditionem: necnon ita ſeruari cæpiſſe in Eccleſia ipſis Apoſtolorum temporibus, maximè Romæ, & in Ægypto.*

14 Et clariſsimè hoc idem affirmat † Ceolfridus Abbas apud eundem Bedam *lib. 5 Eccleſ. Hiſt. gentis Anglorum cap. 22.* ibi, *Si ergo fieri poſſet.*

Euſebius quoque *lib. 5. Eccleſ. Hiſt. cap. 22.*
15 † teſtatur, cæteras Eccleſias Aſianis exceptis, per vniuerſum Orbem Terrarum diſperſas conſuetudinem tenuiſſe, vt non alio die, quàm eo, quo Saluator à mortuis Reſurrexit, ieiunia diſſoluerentur.

16 Quod etiam confirmatur ex † S. Cyrillo Alexandrino Patriarcha in ſuis ſermonibus Heortiſticis. Et ex eodem S. Cyrillo in Epiſt. ad Innocentium Papam Primum (quam citat Io. Stoflerius in Kalendario Romano propoſ. 32. ſub initium, & Albertus Pighius libro de ratione Paſchalis celebrationis, & Kalendarij reſtitutione propoſ. 8.) Sic ait. *Sanctum Paſchæ myſterium, eiuſque ſacra ſolemnitas, ſicut eſt à SALVATORE noſtro, & Apoſtolis tradita, illibata manſiſſet, ſi eam quorumdam inſipientium peruerſitas inter cætera fidei Sacramenta, minimè contaminaſſet, &c.*

Idem vlterius confirmatur ex Epiſtola † Pro- 17
therij Præſulis Alexādrini ad B. Leonem Papam Primum, qui per Martianum Imperatorem procurauerat, vt Epiſcopus Alexandrinus Cyclum Paſchalem Theophili accuratiùs explicaret, ita enim in ea Epiſtola legitur, *vt refert Venerabilis Beda lib. de Temporum ratione, cap. 42.* Et in libello de Æquinoctio ad Vuichemedum, ipſo initio. Et Io. Stoflerinus, atque Albertus Pighius, locis citatis. *Lætificauerunt me litteræ dilectionis tuæ, quas frater Coepiſcopus noſter Victorius pio apportauit officio. Oportebat enim, vt ab Alexandrinæ Eccleſiæ Præſule talia ſcripta ad Sedem Apoſtolicam mitterentur, quæ oſtenderent magiſterio B. Petri Apoſtoli Paſchalis feſti computum ab initio per B. Marcum eius diſcipulū didiciſſe Ægyptios, quod etiam conſtat didiciſſe Romanos, &c.*

Clariſsimum eſt in hac Epiſtola verba fieri de Paſchæ celebratione poſt Lunam decimā quartam primi menſis, quippè cum ita celebratum ſit ſemper Romæ, & Alexandriæ. Quare cum dicat Protherius, Romanos quidem à S. Petro, Alexandrinos verò à S. Marco didiciſſe, liquet eum aſſerere, Paſcha hoc modo obſeruandum eſſe, ex traditione Apoſtolica.

Et quod Paſcha † ſemper in Eccleſia Romana 18
celebratum, ac celebrari debeat Dominica proxima poſt Lunam decimam quartam primi menſis, id ex eo confirmatur; Quod ita eſt faciendum, etiamſi ſequens dies eſſet Dominica, & ſic eſſet Lunæ dies xv. Quod nōnulli obſtinatè hoc tempore, neſcio quo conſilio adducti, vt dicit Clauius in loco infra citando, negare auſi ſunt, qui expreſsè conuincuntur auctoritate *Venerab. Bedæ d. lib. de Tempor. rat. c. 58.* poſtquàm docuit Dominicam diem, quæ poſt decimam quartam Lunam occurrit, eſſe Paſchalem Dominicæ Reſurrectionis diem, paulò poſt ſubiūgit. *Et ſi fieri poſſet, vt eadem omnibus annis Sabbati die Luna decima quarta contingeret, nihil noſtræ Paſchalis obſeruantiæ tempus à legali diſcreparet, &c.* Vbi Beda apertiſsimè docet Dominicum diē Paſchæ cadere poſſe in Lunam decimam quintam, atque tunc rectiſsimè Paſcha celebrari.

Idem etiam tradit *cap. 60.* & quidem clariſſimè, ibi, *Nam cum in veteri Teſtamento.* Vbi eandem conſuetudinem confirmat ex Theophilo Alexandrino Epiſcopo. Idemque *cap. 61. & 62.* & alijs ſæpè repetit, atque inculcat.

Quin

19 Quin etiam † *lib. 4. cap. 5. Hiſtor Eccleſiaſt.* tradit, decretum eſſe in Anglicano quodã Concilio coram Rege, Vt die Dominico poſt Lunam decimam quartam primi menſis Paſcha celebraretur, Nec verò id decretum tunc ſolum, ſed etiam omnibus deinceps ſæculis obſeruatum eſſe.

20 Iſidorus Hiſpalẽſis, qui floruit † Anno Domini circiter 630. *lib. 1. de Eccleſiaſt. offic. cap. 31.* id ipſum oſtendit, cum dicit, *In tertia hebdomada Lunæ Paſcha celebratur, id eſt, qui dies occurrerit Dominicus à quintodecim in vigeſimum primum.* Vbi apertè docet, Paſcha celebrandum eſſe Luna xv. ſi Dominica eſt.

21 Hoc ipſum pluribus firmat, & cõfirmat † *Clauius in d. lib. explicat. Calend. Greg. c. 1. fol. 64.* editionis Romanę ex auctoritatibus *Rabani, lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 39.* ibi, *Initium primi menſis. Roberti Abbatis lib. 6. de Diuin. Offic. cap. 27.* ibi, *Diuina namque auctoritatis. Gugliel. Durand. in Ration. Diuin. Offic. lib. 8. c. 12*, Et communi conſenſu omnium Computiſtarum, quotquot de Paſchæ celebratione ſcripſerunt, *vt Io. de Sacroboſco in Computu Eccleſiaſtico. Ioan. Stoflerinus in Calendario Romano. Campanus in Comput. Maiori. & Paulus Mildelburgenſis Epiſcopus Foroſempronienſis in ſua Paulina* (ita enim inſcripſit immenſum illud volumen, *De recta Paſcha celebratione, & de vero die Paſſionis Domini Noſtri*) pluribus locis, ſed præcipuè non longè à principio *lib. 12.* in hunc modum ſcribit. *Nos ergo in ſupputatione Lunæ Paſchalis, diem oppoſitionis Luminarium vocabimus Lunam decimamquintam, quæ ſi in die Dominico inciderit, eodem die Paſcha celebrandum annotabimus, iuxtà communem à Sanctis Patribus à Nicæna Synodo inſtitutum, quo Paſcha celebrare præcipitur die Dominico à decimaquarta Luna, vſquè ad 21. hoc eſt, die Dominico primo poſt decimamquartam Lunam.*

22 Tria igitur ex decretis † SS. Põtificum, & Cõciliorum, vt dictum eſt, *in recta Paſcha celebratione*, vndè cætera mobilia feſta pendent, obſeruat Romana, & Catholica Eccleſia, Æquinoctium Vernum; Lunam decimamquartam primi menſis, & primam Dominicam poſt illam Lunam decimamquartam.

De Neceſſitate Correctionis Anni.

CAP. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Paſcha ante Correctionem Anni quare fuit celebratum contrà Sanctionem Concilij Nicæni.*

2 *Luna decimaquarta ante Correctionem à die 11. Martij vſquè ad 20. ſpectabant ad vltimum menſem, cum ex præſcripto Concilij Nicæni eſſent Paſchales poſito Æquinoctio in die vndecima Martij.*

3 *Paſcha quando fuit celebratum menſe ſecundo ante Correctionem Anni.*

4 *Paſcha, ſi annus non fuiſſet correctus, eſſet celebratum in ſecundo, tertio, & vlterioribus menſibus.*

5 *in Paſchæ celebratione alius error ſi Annus non fuiſſet correctus.*

6 *Paſcha celebratio alijs diebus fuiſſet celebrata ſi error non fuiſſet correctus.*

7 *Anni Correctio in quibus conſiſtebat.*

NECESSITAS Correctionis Anni ex eo deducitur, quod omnia, quæ in Paſchæ celebratione à fidelibus obſeruanda diximus, rectè, & ſapienter auctoritate Nicæni Concilij, definita ſunt, & ab alijs Concilijs, Summiſque Pontificibus cõfirmata. † Verum, quia Æquinoctium 1
Vernum ante Anni Correctionem, non amplius contingebat die 21. Martij, ſed 11. fermè die. Nouilunia item non rectè per Aureos Numeros in Calendario collocatos, indicabantur, ſed quatuor diebus, & amplius ſerius, quàm oportebat, factũ eſt, vt Paſcha ſæpènumero contrà Sanctionem Concilij Nicæni, vſquè ad tempus Correctionis celebratum ſit.

Cum enim primus mẽſis Lunaris, atquè adeò Paſchalis ille ſit, cuius dies decimaquarta Lunæ, vel in die Æquinoctij Verni cadit, vel ipſum proximè ſequitur, Æquinoctium autem Vernum de eo tẽpore ante Correctionem circà diem vndecimam Martij contingebat, ſequebatur, † quod 2
omnes Lunę decimęquartę à die vndecimaMartij, vſquè ad 20. fuerint ex præſcripto Concilij Nicæni Paſchales, hoc eſt, primi menſis; quas tamen tamquàm eas quæ ad vltimum menſem ſpectarent, & Æquinoctium antecederent, Eccleſia ſemper reſpuit, propterea quod Æquinoctium Vernum diei 21. Martij cum Concilio Nicæno affixit.

Ex quo factum eſt, † vt quotieſcumque Lunæ 3
dies decimaquarta die 10. Martij ſequebatur, & 21. diem antecedebat ante Calendarij emendationem (quod accidit, quotieſcumque in vſu fuit aliquis ex his Aureis numeris 3. 6. 8. 11. 14. 19.) Paſcha menſe ſecundo celebratum ſit.

Qui error obſcurè ſerpens longiùs progreſſus eſſet, niſi remedium † per Anni Correctionem 4
fuiſſet adhibitum, adeò vt progreſſu tẽporis omnes Lunæ decimæquartæ Paſchales reiectæ eſſent, tamquàm inutiles, & ſemper Paſcha in ſecundo menſe, in tertio, & quarto, &c. atque in ipſa Aeſtate fuiſſet celebratum; quod fuiſſet abſurdiſſimum, & Patrum decretis omninò contrarium:

rium : Hinc etiam effectũ eſſet, vt quãdo Aequi-ctium à die 21. Martij diebus 29. receſſiſſet, aut pluribus, nimirum, poſt annum 4100. nullum Paſcha in primo menſe fuiſſet celebratum.

Deindè propter quatuor illos dies, & amplius, quibus Nouilunia, vt diximus, ſerius quàm res poſtulabat, per Aureos numeros indicabantur,
5 † ſæpè accidebat, vt Paſcha celebraretur Luna 25. quando, nimirum, Luna decimaquarta per Aureum numerum inuenta, quæ veriùs erat Luna 18. incidebat in diem Dominicũ, ac proinde Paſcha in ſequentem diem Dominicum, differebatur: quod manifeſtè repugnat Summorum Pontificum, & Concilij Nicæni decretis.

6 Vlterius contigiſſet, † vt Sacroſanctũ Paſcha Luna xxx. atque adeò in Nouilunio ipſo, ſiue Luna j. & Luna ij. iij. &c. celebraretur. Et factum eſt, quod Paſcha aliquando celebratum ſit errorèe per 7. 28. & 35. dies. Item eueniſſet, quod dies Natalis Domini, qui propè Solſtitium Hybernum celebratur, ad Aequinoctiũ Vernum; & Incarnationis dies, qui propè Aequinoctium Vernum ſemper fuit celebratus, relicto Aequinoctio Verno ad Solſtitium Aeſtiuum. Dies denique Natalis S. Io. Baptiſtæ, qui propè Solſtitiũ Aeſtiuum à veteribus celebrabatur, ad Autumnale Aequinoctium prolapſum fuiſſet.

Alia multa recenſentur incommoda à Clauio, vbi ſuprà *Cap.* 2. ex quibus iſta ſelegimus, vt ſuprà diximus *quæſt.* 31. *in fine*.

7 Totum autem negotium Correctionis † Anni in tribus conſiſtit. In Aequinoctij reſtitutione, & in propria ſede retentione, Nouiluniorum emendatione, atque innouatione Cycli Solaris. Quæ omnia inſtaurata ſunt à Gregorio XIII. Et hęc de neceſſitate Correctionis Anni dicta ſufficiant.

IN CALENDARIO GREGORIANO Æquinoctium Vernum qualiter in priſtinam ſedem fuerit reſtitutum.

CAP. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Luna Paſchalis quomodo diſcernatur à Luna vltimi menſis.*

2 *Æquinoctij dies in Correctione Anni qualiter reſtituenda.*

3 *Æquinoctium ad quam diem eſſet reponendum fuit controuerſum in Correctione Anni.*

6 *Æquinoctium Vernum fuit reſtitutum ad diem 21. Martij, vbi ferè tempore Concilij Nicæni reperiebatur.*

7 *Æquinoctium Vernum ſi fuiſſet reſtitutum ad aliam diem, quàm ad 21. Martij infinita eueniſſent incommoda.*

8 *in Anni Correctione Æquinoctiũ Vernũ fuit reſtitutum ad diem 21. Martij per ademptionem decem dierum à menſe Octobris Anni 1582.*

9 *Anni Correctio cur fuerit facta de Anno 1582. & in menſe Octobris.*

10 *Anni Correctio quare fuerit facta in vno eodemque menſe, & anno non in pluribus menſibus neque annis.*

11 *Æquinoctium Vernũ quomodo deſeruerit ſuam ſedem, ideſt 21. Martij, & aſcenderit ad diem 11. eiuſdem menſis.*

12 *In Anno error ex qua cauſa prouenerit, quod notare debent, qui originem Correctionis Anni ſcire deſiderant.*

13 *Anni magnitudines Inæquales obſeruatæ.*

14 *Annus Rom. Eccleſiaſticus ſuperat annũ mediũ.*

ÆQVINOCTIVM ergo cũ ſit radix, fundamentum, & baſis omnium Feſtorum Mobilium, necnon Lapis Lydius ad diſcernendum Lunas primi, vel vltimi menſis, vt dictum eſt, † Luna enim cuius dies decimaquarta cadit 1
in ipſam diem Aequinoctij, vel ipſum proximè ſequitur, illa eſt Luna Paſchalis, ſecus verò ſi Luna decimaquarta præcedat Aequinoctium, quia illa ſpectat ad vltimum menſem.

Stabilienda, † & determinanda eſt iſta Aequi- 2
noctij dies, non ſolum (vt dictum eſt) reſtituendo eam pro errore decem dierum de præterito occurſo, ſed etiam prouidendo ne in futurum in eumdem labatur errorem.

Et licet de tempore † correctionis aliqui præ- 3
tenderent Aequinoctium eſſe relinquendum in eo die in quo tempore correctionis reperiebatur, videlicet, in vndecima Martij.

Alij verò † ad diem 25. Martij reuocandum 4
aſſeuerabant, ad diem, videlicet, Dominicæ Incarnationis, propterea quod arbitrabantur Incarnationem Aeterni Filij Dei Aequinoctio Verno factam fuiſſe.

Plerique demum prudentiori † conſilio reſti- 5
tuendum contendebant ad diem 21. Martij, vbi Concilij Nicæni tempore ferè deprehẽdebatur.

Atque horum opinionem meritò Gregorius Decimuſtertius amplexus fuit, † quippè quę mi- 6
nùs varietatis, ac mutationis contineat, quod ex incõmodis aliarum ſententiarum fiet perſpicuum.

Nam ſi Aequinoctium circà diem 11. Martij relictum eſſet, vbi ante correctionem reperiebatur, aut ad diem 25. Martij fuiſſet reuocatum, aut ad quamuis aliã diem à die 21. Martij diuerſam, † infinita ſequuta fuiſſent incommoda. Opor- 7
tuiſſet enim Eccleſiam immutare omnes terminos Paſchales auctoritate Concilij Nicæni conſtituros, omniaque Breuiaria, ac Miſſalia renouare,

uare, cum omnia hæc ita ſint digeſta, atque ordinata, ac ſi Aequinoctium Vernum die 21. Martij perpetuò contingeret. Quæ res perturbationem maximam fuiſſet allatura fidelibus, ſi vidiſſent Paſcha, & alia Feſta Mobilia alijs diebus nunc, quàm olim ab antiquis Patribus celebrari, præſertim verò cum non exiguum detrimentum hominibus Eccleſiaſticis importaret propter innumerabilium fermè librorum Eccleſiaſticorum iacturam, & immenſos ſumptus ad nouos coemendos ad Dei cultum pertinentes: Aliaque multa incommoda, quæ enarrantur à *Clauio dicto libro Calendar. Gregor. Cap. 3. in initio.*)

8 RESTITVTVM autem fuit † Aequinoctium Vernum à Gregorio Decimotertio Pontif. Max. ad diem 21. Martij per exemptionem decem dierum ex menſe Octobris Anni 1582. (qui propterea Annus Correctionis dicitur, & celeberrimus exiſtet inter annos apud poſteros) ita vt poſt diem quartam Octobris, quæ B. Franciſco ſacra eſt, loco diei quintæ aſſumpta fuerit ſtatim decima quinta, decem interiectis eo anno prorsùs omiſſis. Hac autem ratione factum eſt, vt Vernum Aequinoctium Anno 1583. in ſequẽti contigerit, & alijs deinceps futurum ſit, decem diebus ſerius, quàm ante hanc correctionem; ac proindè cum ipſum antea fieret circà diem 11. Martij, idẽ nũc propè diẽ 21. accidere cernatur, quemadmodum Concilij Nicæni temporibus.

Reſtitutio iſta facta fuit per ablationem decem
9 dierum ſimul in vno menſe Octobris. † Fuit facta in menſe Octobris, quia licet in quolibet alio menſe, & anno fieri potuiſſet, ſed delectus fuit præcipuè Annus M.D.LXXXII. quia tunc omnia ad correctionem neceſſaria fuerunt primò expedita, atque abſoluta. Reſponſa enim Imperatoris, omnium Regum, Principum, Rerumpublicarum, & præcipuarum Vniuerſitatũ ad Summum Pontificem iam allata erant, & à Mathematicis ad emendationem conuocatis, quam diligentiſſimè examinata. Quare ne diutiùs reſtauratio Calendarii, quam omnes Principes Chriſtiani, & Reſpublicæ mirificè collaudarant, atque approbarant, differeretur, viſum fuit Pontifici Maximo Annum 1582. Correctioni tantoperè expetitæ, deſtinare.

Fuit etiam facta dicta reſtitutio per ablatio-
10 nem decem dierum ſimul in vno menſe, † non in quadraginta annis, neque in decem menſibus, vt aliqui volebant. Tum quia multa poterant occurrere in quadraginta annis, quæ correctionem poterant impedire, præſertim propter frequentem Summorum Pontificum in tot annorum ſpatio mutationem. Etiam quia ſæpiùs Cyclus Literarum Dominicalium interrũpendus fuiſſet, quod incommodum extitiſſet, qui tamen in hac reſtitutione ſemel tantũ, ſed neceſſariò interruptus fuit.

Si quis autem roget † (vt etiam ſimpliciori- 11
bus, & qui in his diſciplinis non ſunt adeò verſati ſatisfaciamus pro quibus præſertim hoc præſens opus fuit elaboratum, vt initio fuit dictum) quomodo Aequinoctium ſedem ſuam priſtinam, hoc eſt, diem 21. Martij deſeruerit, & ad diem vndecimam eiuſdem menſis aſcenderit.

Intelligat huius rei cauſam eſſe, † quod Iulius 12
Cæſar, quem Eccleſia Catholica Romana eſt ſecuta plus æquo vnius anni magnitudini tribuerit. Conſtituit enim Annum Solarem dierum 365. & horarum ſex. Et quia in Anno Ciuili, & Politico, qui dies tantummodo integros cõplectitur (neque enim in eo horæ deſcribi poſſunt, quæ poſt dies ſuperſunt, ne varium ſemper Anni fieret initium) omittebat ſex illas horas, quæ in quatuor annis diem integrum efficiũt, decreuit, vt quarto quouis anno dies vnus ex 24. horis conflatus intercalaretur, fieretque tunc Annus dierum 366. quem Biſſextilem appellarunt. Annus autem Solaris verus, quem Tropicum vocant, tantus non eſt, ſed aliquot horæ minutis minor, complectens ſecundum Tabulas Alphonſinas Hiſpaniæ Regis dies 365. & horas tãtum quinque min. 49. ſecund. 16. quæ quidem Anni magnitudo media quodammodo eſt inter maximam, & minimam anni magnitudinem.

Nam vt *Clauius Cap. 5. explicat. Calend. Greg.*
fusè, Aſtronomi † peritiores, vt fuſiùs etiam dice- 13
mus in ſequenti Capite, obſeruarunt Annos Solares eſſe Inæquales, & maximum quidem annum fuiſſe Hipparchi, ac Ptolomei temporibus, affirmant, minimum verò ætatæ Albategnij, & medium quodammodo circà Alphonſi Regis tempora extitiſſe, atque nunc iterum ad maximam ferè perueniſſe magnitudinem.

Itaque Annus Romanus, qui apud Eccleſiam
in vſu eſt, † ſuperat Alphonſinum annum, quem 14
medium fermè inter maximum, & minimum eſſe diximus min. 10. & ſecund. 44. vnius horæ. Ex quo fit, vt totidem minutis, ſecũdiſque quolibet Anno Iuliano Aequinoctia, Solſtitiaquè ſedes ſuas anticipent; quia quando Sol proprio motu ſecundum Tabulas Alphonſinas ad idẽ punctum Aequinoctij, aut Solſtitij, à quo receſſerat, reuertitur, deſunt ad Annum Iulianum complendum illa, quæ diximus min. 10. & ſec. 44. vnius horæ. Quo circà ſecundum eaſdem Tabulas, Aequinoctia, Solſtitiaquè in annis fermè 134. vno die integro, & in annis 402. diebus circiter tribus ſedem ſuam præcurrent.

Quod ſi Anni magnitudo, qua vtitur Eccleſia, omni ex parte congrueret motui Solis annuo,

nulla

nulla cerneretur Aequinoctiorum, Solſtitiorumquè anticipatio, ſed eiſdem anni diebus recurrerent.

IN CALENDARIO GREGORIANO Æquinoctium Vernum ad ſuam ſedem reſtitutum, qualiter in ea retineatur.

CAP. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia in celebratione Feſtorum Mobilium adhibet medios, non veros motus, idquè ex ſex rationibus.*

2 *Eccleſia ſequitur medios motus in celebratione Feſtorum Mobilium, quia ſunt regulares accommodati ad vulgi captum, ſecus verò veri motus.*

3 *Eccleſia ſequitur medios motus ad euitandas varias Tabulas Aſtronomicas.*

4 *Eccleſia non ſequitur veros motus propter varias Aſtronomorum obſeruationes.*

8 *Aſtronomorum Tabula omni Laude digna cùm eis Eccleſia vtatur ad dignoſcendos medios motus.*

9 *Aſtronomorum veros motus quomodo Eccleſiæ ſequatur.*

10 *Aſtronomis nihil detrahitur licet Eccleſia non ſequatur veros motus.*

11 *Aſtronomorum honor, & gloria.*

12 *in Celeſtibus machinis ſemper aliquid reſtat inquirendum.*

13 *Deus, & opera eius hominibus ſunt abſcondita.*

14 *Materia ex eo quod eſt ineffabilis ſcandi tribuit facultatem.*

15 *Eccleſia non ſequitur veros motus ob Meridianorum varietatem.*

16 *Eccleſia non ſequitur veros motus propter antiquiſſimam conſuetudinem medios motus ſequendi.*

17 *Æquinoctium Vernum licet à Concilio Nicæno ſtatutum ſit in die 21. Martij, tamen quoad Paſcha celebrationem non intereſt ſi præcedat, vel ſequatur per triduum, aut quatriduum.*

18 *Eccleſia quod non ſequatur veros motus probatur auctoritate Aſtronomorum.*

19 *Æquinoctij Verni dies, neque Luna decimaquarta quomodo non debeant examinari.*

20 *Eccleſia quod non ſequatur veros motus, argumenta, quæ contra ſunt tolluntur ex dictis ſex cauſis, ſiue rationibus.*

21 *Æquinoctium Vernum ad diem 21. Martii reſtitutum, vt in ea die conſeruetur quomodo in futurum prouiſum ſit.*

22 *Calendarij Gregoriani intercalandi ratione Aequinoctium ad priſtinam ſedem reſtitutum eam non deſerat, a multis cum oppugnaretur maiori indiget explicatione cum alia commodior non potuerit inueniri.*

23 *Annus duplex Aſtronomicus, & Ciuilis, & qui iſti ſint.*

24 *Annus Ciuilis quis ſit.*

25 *Annus Ciuilis per dies integros ſupputatur, non autem per horas cum minutis.*

26 *Annus ſupputatus per horas, & minuta qui eſt Annus Aſtronomicus non poteſt collocari in Calendario, & quare.*

27 *in Calendario cur non poſſit poni Annus Aſtronomicus exemplo comprobatur.*

28 *Annorum Aſtronomicorum quinque initia.*

29 *Anni Aſtronomici cognitio eſt neceſſaria, vt Annus Ciuilis æquetur.*

30 *Anno Aſtronomico, & Ciuili æquato vtrique datur ſatisfactio.*

31 *in Anno horarum fragmenta reponuntur ad commodiorem, & communiorem vſum, vt facit ſutor de fragmentis veſtis.*

32 *Intercalatio vnius diei quarto quoque anno maior eſt, quàm oportet, & quare.*

33 *Aequinoctia ne anticipent quod remedium fuit inuentum.*

34 *Anni magnitudo ex Ptolemæo.*

35 *Anni magnitudo ex Albategnio.*

36 *Anni magnitudo iuxtà Tabulas Alphonſinas.*

37 *Anni Solaris magnitudo inæqualitas ex quibus deducatur.*

38 *Anni magnitudines ex Copernici obſeruationibus.*

39 *Dies intercalaris in quot annis eſſet omittendus iuxtà Annum Ptolemei Albategnij, & ſecundum Tabulas Alphonſinas.*

42 *ad Aequinoctium in die 21. Martij retinendum dua via intercalandi.*

44 *ad Aequinoctium in die 21. Martii retinendum poſterior via electa à Papa, cuius arbitrio eius omnes remiſerunt terminandam viam quam vellet.*

45 *ad Aequinoctium retinendum in ſua ſede poſterior intercalandi via cur fuerit electa, tres cauſæ ponuntur.*

46 *Annus medius, qui eſt Alphonſinus, cur ſolus ad Annum Solarem æquandum aptus ſit.*

47 *ad Annum medium ratio intercalandi inſtituta quo pacto ſeipſam emendet.*

48 *in Correctione Anni cur aſſumptus ſit annus medius ad retinendum Aequinoctium in ſua ſede, ſecunda cauſa.*

49 *in Correctione Anni ad ſeruandum Aequinoctium in ſua ſede, cur aſſumptus fuerit Annus medius, tertia aſſignatur cauſa.*

50 Calen-

56 *Calendarium nouum Gregorianum non dicitur perpetuum quaſi numquàm à die 21. Martii Aequinoctium recedere poſſit.*
Horarium Eccleſiaſticum Vniuerſale quomodo dicatur perpetuum.

RESTITVTO Aequinoctio, eoquè in pri-
ſtina ſede repoſito, in qua à Concilij Ni-
cæni Patribus fuerat collocatum, præſcribenda
fuit ratio, & via, quæ idem Aequinoctium in ſua
ſede, quoad fieri poteſt, retineretur, ne vt antea,
locum ſuum deſerens, verſus Menſium initia pe-
detentim, ſenſimquè progrederetur, atque adeò
Calendarium in eoſdem reincideret errores.
Quæ ratio, vt planior fiat, ſupponendum eſt, Ec-
1 cleſiam † cõſiderare, & adhibere in celebratione
Feſtorum Mobilium, poſthabitis veris Lunæ, ac
Solis motibus, quippè qui ad Aſtronomos magis
pertineant, ſolos medios, & æquales, ſeu potius
Cyclos conſtanti, æquabiliquè ordine progre-
dientes. Cuius rei Clauius in dicto libro explicat
Calend. Gregor. cap.4. ſex rationes, ſeu cauſas
affert, quas ſolũ per Capita breuiter attingemus.
Prima ratio, ſeu cauſa, cur Eccleſia poſthabi-
tis veris motibus Lunæ, ac Solis medios tantum
motus ſequatur, ijſque ſolũ vtatur in Mobilium
2 Feſtorum celebratione, † eſt, quia medij motus
ſũt æquales, & vniformes, ac proinde ad captũ
vulgi accommodati, veri autem motus Inæqua-
les ſunt, & irregulares, modò velociores, modò
tardiores.
Secunda ne propter variarũ Tabularũ Aſtro-
3 nomicarum † diſcrepãtiam, diuerſaſque motuum
hypotheſes, Seminarium excitaretur diſcordia-
rum, & rixarum inter Chriſti fideles in celebra-
tione Sancti Paſchæ.
4 Tertia, † quia nullæ Tabulæ Aſtronomicæ ad
ad hunc vſquè diem conditæ ſunt, per quas veri
Stellarũ motus certo, & ſine vllo errore inquiri
poſſint, & cognoſci, cum quilibet Tabulas con-
5 fecerit, prout ſuo tempore obſeruauit, † vt primò
Ptolomeus ante annos 1470. plus minus, Tabu-
las ſuis obſeruationibus cõgruẽtes cõfecit, quæ
ſuo tempore veros Cælorum motus indicabant.
6 Poſtea † verò cum cõpertum fuiſſet, eas non
veros motus cæleſtes accuratè exhibere, ſuc-
ceſſerunt Tabulæ Alphonſinæ, Alphonſi Regis
Hiſpaniæ annos circiter 360. ab Aſtronomis cõ-
ditæ, quibus ea tẽpeſtate certiùs, quàm per Ta-
7 bulas Ptolomei motus inueniebantur. † Qui-
bus noſtra tẽpeſtate Nicolaus Copernicus ſuas
etiam Tabulas condidit, quas vocãt Prutenicas,
propterea quod communi omnium ferè Aſtro-
nomorum conſenſu cum phenomenis cęleſtibus
longè exquiſitius cõueniant, quàm Alphonſinæ.
His in poſterum aliæ Tabulæ, & obſeruationes
poſſunt ſuccedere, quibus non debet Eccleſia
Dei aſtringi tàm fallacibus, & incertis Aſtrono-
morum præceptis.
Non quod propterea Tabulæ Aſtronomicæ
ſint omninò reijciendæ, licet Eccleſia eis non
vtatur, † omni enim laude digni ſunt Aſtrono- 8
mi, qui varijs temporibus maximo labore, ac
ſtudio aſtrorum motus obſeruarunt, atquè ad
eoſdem facilè ſupputandos, licet non omninò
exquiſitè, ita tamen, vt parum à vero abſint, Ta-
bulas varias mira induſtria elaborarunt, atque
poſteris tranſmiſerint.
Imò, liceat etiam hoc mihi dicere, quod non
eſt ſimpliciter verum, † quod Eccleſia non ſe- 9
quitur veros motus, licet enim nõ ſequatur præ-
cisè Aſtronomorum Obſeruationes, & Tabulas,
eis tamen vtitur, & quidem omnibus ad inqui-
rendum non illos veros, ſed inter eos motus me-
dios, quam medietatem determinare non poſſet
ſine extremorum cognitione maximorum, vel
minimorum, vt paulò infrà de anni magnitudine
dicemus.
5. Vndè nihil, vt dicebamus, † Aſtronomiæ, 10
eorumque peritis detrahitur, cum dicitur, Ec-
cleſiam non ſequi veros motus ab eis tanto la-
bore, & laudabili diligentia obſeruatos, nõ enim
eos reijcit tamquàm falſos, vel erroris nota di-
gnos, ſed ſolum, quia ex tali diligentia apparet
eſſe incertos, & Inæquales, ad quam inæquali-
tatem veridicam vulgus accõmodari nõ poteſt,
cum non poſſit dari vniformis regula, quæ ob va-
rietatem motuum quotidiè eſſet immutanda.
Ex quibus maior honor, † & gloria reſultat, vt 11
diximus, dictæ ſciẽtiæ peritis. Ob quam inæqua-
litatem, vt benè hic dicit Clauius, oritur, vt ſem-
per aliquid in cæleſtibus † machinis reſtet inqui- 12
rendum, iuxtà illud *Eccleſiaſt. cap.3. Et mundum tradidit diſputationi eorũ.* Et vt verificetur, quod
dicitur *Iſai. cap.45.* † *Verè tu es Deus abſconditus.* 13
Quod non ſolum in ipſo Deo, ſed etiam apparet
in omnibus operibus eius, ita, vt hoc loco Cla-
uius, neque Philoſophi vnius quidem ſubſtantiæ,
quamuis minimæ, in hiſce inferioribus abſolutam
cognitionem hactenus adipiſci potuerint. Adeò
vt benè hic quadret, quod aliàs ſuprà in *Proœmio num.12.* ex S.Leone Papa diximus *Serm.10. De
Paſſione Domini. Quod † materia ineffabilis, ex eo* 14
quod eſt ineffabilis, fandi tribuit facultatem, cum non poſſit deficere, quod dicatur, dum non poteſt ſatis eſſe, quod dicitur. Et Serm.9. de Natiuit. Dom.
Vbi hæc habet. *Excedit quidem dilectiſſimi, multumque ſupereminet humani eloquii facultatem diuini operis magnitudo, & indè oritur difficultas fandi, vndè adeſt ratio non tacendi.*

Quod

Quod procedit etiam, & multò fortiùs in cæ-
leſtium orbium motibus, in quorũ obſeruatione
non poteſt animus conquieſcere, cum ſemper
noua inueniantur, & propter nouas varietates
non poteſt eis Eccleſia vti, vt diximus.

Quarta Cauſa eſt, quia etiamſi Tabulæ Aſtro-
15 nomicæ exactiſſimæ exhiberentur, † fruſtrà ta-
men veri motus adſciſcerentur ob Meridiano-
rum varietatem, vt proptcrea non eadem die ab
omnibus Sacrum Paſcha celebraretur, cum ta-
men à Sacro Concilio Nicæno ſancitum ſit, vt
omnes eo menſe, ac die Paſcha celebrent, quo
id Eccleſia Romana celebrat. Idemquè poſteà
confirmatum eſt in Concilio Arelatenſi, & Car-
thaginenſi Quarto, clariſſimèque à S. Ambroſio
pluribus verbis, in Epiſt. ad Epiſcopos per Æmi-
liam conſtitutos aſſeritur, liquidò colligitur, Ec-
cleſiam in Paſchæ celebratione rationem veri
motus Luminarium habere non poſſe.

16 Quinta Cauſa, propter antiquiſſimam † con-
ſuetudinem, qua medij motus, ſeu potius Cycli
in Eccleſia veris motibus neglectis in vſu sẽper
fuerunt, & quæ ſine aliqua cogente neceſſitate
mutari non debet. Nam Eccleſiã Æquinoctium
Vernum ſecundum verum motum nõ obſeruaſſe
eu dẽter ex decreto SS. Patrum in Concilio Ni-
cæno edito, demonſtratur, quo per Vniuer-
ſum Terrarum Orbem ſtatuerunt, die 21. Martij
Æquinoctium eſſe obſeruandum.

17 Perſpicuum autem eſt † Æquinoctium, neque
ſecundum verum motum, neque ſecundum me-
dium ad vnicum diem non poſſe aſtringi, aut al-
ligari. Nec etiam magni intereſt (quod ad ſolem-
nitatem Paſchalem attinet) ſiue Æquinoctium
in ipſum diem 21. Martij, ſiue cũ antecedat, ſiue
ſubſequatur, dummodo ab eo non longè ab ſit.
Non enim Eccleſia tàm accuratis, ſubtilibuſque
Aſtronomorũ pręceptis vmquàm aſtricta fuit, cũ
nequè Hæbreis ipſis, quibus omnia ceremonia-
lia erant, pręceptum fuerit vt verum, aut medium
Æquinoctium in Paſchæ ſolẽnitate obſeruarent,
ſed tantum tempus, quo dies iudicio ſenſus, no-
ctibus æquales fiunt: quod quidem triduum, aut
quatriduũ ſine magna differẽtia complecti ſolet.

18 Sextò denique confirmantur, † auctoritate
multorum Aſtronomorum, inter quos præcipuè
Campanus in principio ſui computi Maioris, vbi
aſſerit; *Computum eſſe ſcientiam numerationis, &
diuiſionis temporum ſecundum vulgares obſeruan-
tias*. Et *Cap* 15 docet, Computiſtas veris Luna-
tionibus, propter earum difficilem varietatem,
Aſtronimis relictis, de medijs ſolum propter ea-
rum vniformitatẽ negotiatos eſſe. Ioannes quo-
quę Stoſſeimus in ſuo Calendario Romano pro-
poſ. 34. litera Z maiuſcula docet, Vniuerſalem
Eccleſiam à Cõcilio Nicæno in hodiernũ vſque
diem Cyclum Aurei numeri ab Alexãdrinis ac-
ceptum, qui eo prius vſi ſunt pro Paſchæ cele-
brantione vſurpaſſe. Quod etiam pluries repetit
Paulus Mildeburgẽſis in ſua Paulina *lib.* 10, cir-
cà medium, vbi, *Supputationem*, ait, *ſe deducere
ex Tabulis Alphonſinis omiſſo ſcrupulo æquationis
Anni Solaris Aſtronomis neceſſaria*.

Ex quibus omnibus ſatis confirmatum rema-
net, † neque diem Verni Æquinoctij, neque Lu- 19
nas decimas quartas Paſchales examinari debe-
re per Ephemerides, & Aſtronomicas veri, aut
medij motus Tabulas, vt fruſtrà nonnulli cõten-
dunt. Non negatur tamen medios motus ex Ta-
bulis Aſtronomicis depromptos, nõ autẽ veros
(cum hi Inæquales, illi autem ſint æquales) ma-
ximo eſſe vſui ad diiudicandum quinam Cyclus
ex omnibus in Calendario diſpoſitus rectiſſimè
Lunas decimas quartas Paſchales exhibeat.

Hæc autem, quæ in his ſex cauſis, † ſiue ra- 20
tionibus dicta ſunt, confutant & refellunt omnia
argumenta, quæ aduerſus Calendarium Grego-
rianum à nonnullis parum in Computo Eccleſia-
ſtico exercitatis obijci ſolent, quippè quæ omnia
quæ in Calendario habentur, per veros motus,
aut medios examinant, quod ad rem non facit.

ÆQVINOCTIVM VERNVM ne progreſſu
temporis diem 21. Martij, ad quem reſtitutum
eſt, † iterum deſerat, & verſus principium Mẽſis 21
progrediatur, vt ante Calendarij correctionem.
Inſtituta eſt hæc intercalãdi ratio, vt ſeruata qui-
dẽ conſueta ratione intercalandi vnũ diẽ quarto
quoquo anno, non omnes alij centeſimi in poſte-
rum Biſſextiles ſint. (licet ſecundum conſuetam
annorum Biſſextilium rationem omnes Biſſexti-
les eſſe deberent) ſed primi tres centeſimi poſt
Annum 1600. fiant communes, dierum, videlicet
tantum 365. quales ſunt Anni 1700. 1800. 1900.
quamuis inſequens 2000 Biſſextilis permaneat,
dierum, nimirum, 366. Item tres centeſimi pro-
ximi 2100. 2200. 2300. eodem modo commu-
nes fiant, & quartus centeſimus proximus 2400.
Biſsextilis perſiſtat. Atquè ita deinceps eodem
ſemper ordine ſeruato.

Intercalandi ratio prædicta, † cum ſit vnũ ex 22
pręcipuis Capitibus huius Correctionis, Clauius
in Cap. 5. eam propterea fuſiùs explicat, præſer-
tim quoniam à pleriſquè (vt ipſe dicit in princi-
pio dicti Cap. 5.) etiam nõ vulgariter peritis rem
minùs diligenter, quàm par eſt conſiderantibus,
acriter oppugnabatur. Et vt omnes intelligant,
nullam aliam intercalandi rationem potuiſſe in-
ueniri commodiorem, ac propterea iniuria eam
reprehendi. Ex quibus nos aliqua breuiter per-
curremus, iuxtà cõmunem perſonarum captum.

duplex

Exorditur autem Clauius, quod annus Solaris
23 duplex eſt, † Aſtronomicus, & Ciuilis. Aſtronomicus eſt ſpatium tẽporis, quo Sol proprio motu totum Zodiacum percurrit ab Occaſu in Ortum, initio ſũpto à quolibet puncto Zodiaci, vt à principio Arietis, donec ad idem reuertatur. Quod tẽporis ſpatium, præter dies 365. integros, complectitur etiam Horas 5. & inſuper aliquot horæ minuta, vt ex Aſtronomorum obſeruationibus apparet, & ſtatim etiam dicemus.

24 Ciuilis † autem annus ex diebus tantum integris conſtat, modo ex 365. & appellatur communis, modò ex 366. & Biſſextilis, ſiue intercalaris dicitur.

25 Neque aliter Ciuilis † Annus ſupputari poteſt, niſi per integros dies, neglectis horis, horarumque fragmentis, cum nõ aliter ad vſum vulgi, & populi inſtitui poſſit, qui non percipit anni numerationem per dies cum horis, & minutis.

26 Neque talis Anni ſupputatio poteſt † in Calendario diſponi, neque ſit idonea, aut accõmodata ad mercimonia, aut commercia, aliaquè ciuilia negocia peragẽda, neque ad dies feſtos colendos, ſacraſquè Eccleſiæ ceremonias ritè obeundas. Præterea quod annus ita dinumeratus non ſemper ab eodem tempore, ſiue temporis pũcto incipit, ſed modo à Meridie, modo ab Occaſu Solis, modo à Media nocte, modo ab Ortu Solis, modo deniquè ab aliquo alio momento diei. In Calendario verò neque horæ, neque horarum minuta, ſed dies tantummodo integri collocantur.

27 EXEMPLO res notiſſima fiet; † Anno 1600. ſi horarum, & minutorum ratio habeatur, incipit ſecundum Ephemerides Magini die 20. Martij hor. 8. min. 45. ſec. 36. poſt Meridiem.

28 Annus 1601. † die 20. hor. 14. min. 45. ſec. 36. poſt Meridiem.

Annus 1602. die 20. hor. 20. min. 41. ſec. 20. à Meridie.

Annus 1603. die 21. hor. 2. min. 37. ſec. 20. poſt Meridiem.

Annus deniquè 1604. initium iterum ſumit à die 20.) Martij hor. 8. min. 33. poſt Meridiem.

Vndè apparet Annum non ſẽper eodem temporis momẽto incipere, quæ res nullo modo poteſt ad vſum populi eſſe idonea, niſi (vt verbis Clauij vtar) omnes velimus Aſtronomia eſſe inſtructos, quod & ridiculum eſt, nec fieri vllo modo poteſt.

29 Licet autem, vt dictum eſt, † Annus Aſtronomicus vltrà dies integros contineat etiam horas, earumque minutias, quæ in Anno ciuili non poſſunt accommodari ex ſupradictis, tamen dictarum horarum, earumque minutiarum, quæ in aliquibus Annis ciuilibus negliguntur, vel potius reponuntur ad commodiorem locum, neceſſaria eſt cognitio, vt poſſit interdum modò per additionem, modò per detractionem vnius diei conflati ex dictis horis, earumque minutijs neglectis, vel potius reſeruatis ad tẽpus additionis, vt cum Anno Aſtronomico quantum fieri poteſt congruat, & Sol iiſdem ferè temporibus, Anni Æquinoctia, & Solſtitia percurrat.

Ex quo fit, vt tàm Anno Aſtronomico, quàm Ciuili detur ſatisfactio. † Illi quia omnes horæ, 30
earũque fragmenta non pereunt, & licet per aliquod tempus earum non habeatur ratio, tamen reponuntur ad commodiorem vſum. Ciuili verò nil deperit, cum ſemper habeat annum ex diebus integris, & vnum ex fragmentis conflatũ. † Non 31
minus ac facit ſutor (vt hoc licet vile ad propoſitum tamen exẽplum adducamus) qui fragmenta panni ab vna parte veſtis reciſa in aliam aptat partem, vt nihil ex eo deperdat. Ita fragmenta ſex circiter horarum cuiuſlibet Anni in tribus Annis prætermiſſa reponuntur ad quartam Annum, & fit Annus Biſſextilis, & ita quatuor Anni Aſtronomici, & Ciuiles æquales ſunt æquari, nimirum, per diem illum in Biſſextili Anno repoſitum, vndè Ciuilis Annus ſemper habet dies integros, vt diximus, & Aſtronomicus repoſita horarum fragmenta non amittit.

Sed quoniam Solaris Annus ab Aſtronomis, † aliquanto minor obſeruatus eſt, quàm dierum 32
365. horarum 6. efficitur, vt pluſquàm oporteat, quarto quouis Anno intercaletur, cum horæ, & fragmenta, quibus Aſtronomicus Annus Ciuilem ſuperat, in quatuor Annis ad vnum diem integrum non excreſcant. Quare niſi fragmentorum illorum, quæ in quoquo quadriennio ad diem integrum conficiendum deſunt, ratio habeatur, ita vt quando ad diem integrum excreuerint, vnus dies eo Anno eximatur, hoc eſt, ab intercalatione ſemel ceſſetur, progredientur paulatim Æquinoctia, & Solſtitia, verſus principia Menſium, quemadmodum ante correctionem Calendarij contigit.

Quod nè in poſterũ eueniat, † hoc remedium 33
fuit excogitatum, vt Annus aliquis, qui deberet eſſe Biſſextilis, fiat cõmunis dierum tantum 365. non autem intercalaris dierum 366.

Vt autem ſtatui poſſit, quot Annorum ſpatio fragmenta horarum, quæ ad ſex horas complendas in quolibet Anno Aſtronomico deſũt, vnum diem integrum conficiant, atquè adeò vnus dies intercalaris ommitti, attentè, diligenterque conſideranda ſunt, quæ de Anni magnitudine per celebriorum Aſtronomorum obſeruationes memoriæ prodita ſunt.

PTOLEMÆVS (relictis vetuſtioribus Aſtronomis) † Anno circiter 130. poſt Chriſtum na- 34

rum,ſuis obſeruationibus deprehendit Anni magnitudinem dierum 365. horarū ſex minus parte trecenteſima vnius diei, ideſt, vltrà dies integros hor.5. min.55. ſec.12.

ALBATEGNIVS circà Annū Domini 880.
35 † nimirum Annis 750. poſt Ptolemæum inuenit Annum continere dies 365. hor.5.m.46.ſec.24.

ALPHONSINÆ Tabulæ, quæ circà Annum
36 Domini 1250. conditæ ſunt, ſtatuunt † Annum conſtare diebus 365. hor.5. min.49. ſec.16.

Hæ ſunt celeberrimæ de magnitudine Anni Solaris ſententiæ, ex quibus conſtat Annum Solarem eſſe modò maiorem, modò minorē, quandoquidem à peritiſſimis Aſtronomis diuerſus, ac varius longè inter ſe diſtantibus temporibus eſt
37 obſeruatus. † Ac veteres quidem Aſtronomi coniectura ad modum probabili ducebantur ad ſuſpicandum, Annum Solarem non poſſe ſemper eſſe eiuſdem magnitudinis, tū propter apparentem motum Solis inæquabilem, & irregularem, tum verò ob irregularem motum octauę Sphęrę. Sed quia hæc res plenè cognoſci non poteſt, niſi multis ſæculis elapſis, nihil certi nobis de Annorum Solarium inæqualitate reliquerunt.

Vnus poſt hominum memoriā Nicolaus Co-
38 pernicus egregius Mathematicus,† auſus eſt ſolertia ſua incredibili, collatione facta cum ſuis obſeruationibus, & obſeruationibus Hipparchi, Ptolemæi, Albategnij, & Alphonſinorum, adhibitis nouis hypotheſibus, augmētum hoc, & decrementum Anni Solaris demonſtrare, & Anni inæqualitatem ad certam, definitamquè formam redigere; inuenitquè per calculum ex ſuis hypotheſibus depromptum; Annum Solarem, cum ad maximam magnitudinem excreuerit, paulò eſſe maiorem eo, quem Ptolemæus cōperit, dierum, nimirum, 365. hor.5.m.55. ſec.57. tert.40. Cum verò maximè decreuerit, paulò minorem eſſe eo, quem Albategnius reperit, hoc eſt, dierum 365. hor.5. min.42. ſec.55. tert.7. Ita vt magnitudo Anni Alphonſini media propemodum ſit inter maximam, ac minimam Anni magnitudinem. De qua Anni inæqualitate plura Clauius Cap.6.

QVÆ cum ita ſint, difficilè ſanè fuit Gregorio Decimotertio Pontifici prudētiſſimo ſtatue-
39 re, quam † intercalādi viam præſcriberet, vt Vernum Æquinoctium in 21. Martij, vel propè contineretur. Nā Anni Ptolemaici magnitudo exigebat, vt trecenteſimo ferè quoquo Anno vnus dies intercalaris omitteretur, propterea quod Annus ille trecenteſima parte vnius diei minor ſit, quàm Annus Iulianus, vel Eccleſiaſticus dierum 365. hor.6. atquè idcircò trecentorum Annorum ſpatio Æquinoctium vno die à ſede ſibi in Calendario conſtituta ad initium menſis promoueatur.

At ſecundùm Albategnij Annum, † vnus ferè dies intercalaris omittendus eſſet centeſimo quoquo Anno, quod in tanto Annorum ſpatio, Æquinoctium ſecundum magnitudinem illius Anni vno die ſedem ſuam ferè anticipet in Calendario. 40

Deniquè ſi haberetur ratio Anni Alphonſini † ceſſandum eſſet ab intercalatione vnius diei ſpatio 134. ferè Annorum. At hæc varietas intercalandi in dies creſceret, prout Anni magnitudo varia inter maximum, ac minimum Annum extaret. 41

Hæc difficultatem faciebant Pontifici Gregorio, cui propoſitæ fuerunt à præſtantibus Aſtronomis, qui huic negocio præerant, † duæ potiſ- 42
ſimum viæ. Altera quidem, vt pro inæqualitate Anni Solaris modo maiori Interuallo Annorum, modo minori, dies intercalaris vnus eximeretur, prout Annus maior, aut minor ex Copernici calculo (hunc enim alijs præferendum cenſebāt) exiſteret. Altera verò, vt poſthabita Anni inæqualitate ratio intercalādi ad Annum Alphonſinum, qui inter maximum, & minimum medius quodammodo eſt, accommodaretur.

Vtraquè via in Compendio nouę rationis † re- 43
ſtituēdi Calendarium ad Principes Chriſtianos, Reſpublicas, atquè Vniuerſitates celebriores Miſſa fuit Anno Domini 1577. vt re diligenter, ac diu, multumquè conſiderata deliberarent, vtra potiſſimum aptior, conuenientiorquè videretur, vt eam Summus Pontifex, veluti totius Orbis Chriſtiani conſenſu auctoritate ſua comprobaret. Quod Compendium habetur in principio libri Explicationis Calendarij Gregoriani.

Perlecto illo Compendio, maturèque conſiderato.

OMNES † vno aut altero ad ſūmū excepto, 44
rem totam arbitrio Pontificis permiſerunt.

QVI poſteriorem tandem rationem conſilio Aſtronomorum delegit, has potiſſimum ob cauſas, quas ſolum breuiter indicabimus, & fusè per Clauium in Cap.5.

Prima, quia Eccleſia in Paſchæ † celebratione 45
regulare quid, & vniforme, quod ſtatum ſit, & à vero non longè abſit, potius quàm accuratam Aſtronomorum ſupputationē ſequi debet, cum Annorum, Menſium, aliorumque temporum dimenſiones ad captum vulgi accommodatæ eſſe debeant. Propterea prior via Intercalandi nulla ratione adhibenda erat propter eius in certitudinem, & irregularitatem; † Quod non accidit 46
in ratione intercalandi ſecundum Annū Alphonſinum, in quo ſemper media quędam ratio ſeruatur, atquè vt hęc ratio intercalādi ſe ipſam emendet, & corrigat.

Nam quādo † æquo crebrius intercalaris dies 47
omit-

omittitur vno tempore, compenſatur hic error
alio tempore, quando, ſcilicet, rarius dies inter-
calaris eximitur, & contrà: Quod prouenit ex
qualitate ipſius medij anni, qui ſe cõpatitur cum
extremis, vt ab eis æqui diſtet, & non tantus er-
ror naſcatur, ſicut ſi fieret intercalatio ratione
maioris, vel minoris anni.

48 Secunda Cauſa fuit, † quia, vt ſæpiùs repli-
catum eſt, Eccleſia ſequitur ſemper medios mo-
tus, ſeu Cyclos in Nouilunijs, & Lunis decimis-
quartis ad rectam Paſchę celebrationem inueſti-
gandis, & iſti medij motus ſemper ſunt æquales,
& vniformes, veri autẽ difformes, & inæquales.

49 Tertia deniquè Cauſa eſt, † quia hæc ratio in-
tercalandi poſſet etiam vſui eſſe, ſi Æquinoctium
Vernũ per nouas Obſeruationes deuiaret à die
21. Martij, ſi verſus finem menſis prolapſum eſ-
ſet, vel progreſſum verſus initium. Quod ſine
dubio poſſet euenire, prout de facto euenit à tẽ-
pore Concilij Nicæni vſquè ad noſtra tempora.

50 ET ita Calendarium † Gregorianum dicitur
PERPETVVM, non quod non poſſit ſubeſſe
mutationi, ſed quod etiãſi à poſteris alia fortaſſe
anni magnitudo fuiſſet deprehenſa, ac proindè
alia quoquè intercalationis regula inſtituenda
eſſet, quod non eſt impoſſibile poſſe accidere
propter anni magnitudinem incertã, & inæqua-
lem (ob hanc enim cauſam in Compendio Cor-
rectionis Anni, duæ intercalãdi formulæ ad Prin-
cipes, & Mathematicos tranſmiſſæ fuerunt) Ca-
lendarium tamen ipſum, quod ad diſpoſitionem
Epactarum ſpectat, intactum prorſus ſit perman-
ſurum, vt dicit Clauius dicto Cap. 5. num. 15.
Quod etiam repetit infrà Cap. 12. nu. 18. Et nos
hoc eodem ſenſu præſens Horarium Eccleſiaſti-
cum Vniuerſale appellauimus Perpetuum, non
quod mutari non poſſit, nam differentijs aſcen-
ſionalibus, & per conſequẽs Arcubus Semidiur-
nis, & Crepuſculis non in iiſdem quantitatibus
manentibus, mutari etiam debent Horę Canoni-
cæ, & aliarùm functionum Eccleſiaſticarum ter-
mini, Tamen calculus cum ſemper idem perſe-
ueret, mutata, verbi gratia, declinatione puncto-
rum Eclipticæ, ideò Perpetuum dicitur.

Atquè hæc attigiſſe ſufficiat pro reſtitutione,
& retentione Æquinoctij Verni in ſua ſede, ſcili-
licet, in die 21. Martij.

Hucuſquè declaratus ſufficienter extat (iuxtà
noſtrum inſtitutum, vt ſimplicioribus, & minus
verſatis cõſulamus, & peritis non ſimus oneroſi)
nouus iſte titulus, & ordine ſecundus in principio
Breuiarij à nobis Vrbano VIII. Pont. Max. pro-
poſitus, qui eſt. *De Anni Correctione, eiuſquè ne-
ceſſitate, ac Calendario Gregoriano.*

Reliqua verò, quæ ad dictum Calendarium
ſpectãt circà Epactas, Aureos Numeros, Literas
Dominicales, Cyclos Solares fusè in ipſo Calen-
dario Gregoriano explicata habentur à Clauio
in dicto libro eius explicationis, vbi in fonte, qui
volet, videre poterit.

Nouiluniorum, & ætatis Lunæ inuentio præmiſſa Tabula Epactarum, quæ hic expanſa habetur ab Anno 1636. vſquè ad Annum 1756.

CAP. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Calendarij Gregoriani præſtantia.*
2 *Nouiluniorũ Tabula eſt inſtar noui Calendarij.*
3 *Annus Emboliſmicus eſt, qui 13. Lunationes comprehendit.*
4 *Epacta Emboliſmica quomodo cognoſcantur in Tabula Nouiluniorum.*
5 *Nouilunia quomodo inueniantur in Tabula Nouiluniorum.*
6 *Nouilunia quomodo inueniantur in Calendario Romano poſito in Breuiarijs, Miſſalibus, & Officijs B. Virginis.*
7 *Lunæ ætas quomodo deprehendatur.*

CALENDARII GREGORIANI † præſtan- 1
tia, vt hinc etiam appareat, vt Clauij verbis
vtar in Cap. 17. Explicat. Calendar. Gregor.
num. 17. Tabulam ab eo ibi poſitam hic repete-
mus, per quam in dato menſe Nouilunia è regio-
ne Epactæ dicto citiùs reperiuntur.

Ita vt Tabula † hæc ſit Calendarium nouum, 2
vt ipſe ſubiungit, ad Compendium quodãmodo
redactum continens principia omnium Lunatio-
num ſecundum Epactas tàm in Anno communi,
quàm in Emboliſmico, ex quo, vt dicebamus,
apparet præſtantia præſentis Calendarij, in quo
reiectis Aureis Numeris Epactæ ſunt ſubſtitutæ,
quippè cum per Epactas, tàm exigua Tabula om-
nia Nouilunia perpetuò complectens, conſtrua-
tur, quod nequè per Aureos Numeros, nequè
per vllum alium Cyclum, cuius numeri non om-
nia loca Calendarij repleant, effici poteſt.

Et quoniam Annus in quo 13. Lunationes cõ-
prehenduntur, Emboliſmicus eſt, † liquidò con- 3
ſtat has vndecim Epactas xxix, xviij, xxvij, xxvj,
xxv, 25, xxiiij, xxiij, xxj, xx, xix, eſſe Emboliſmi-
cas, vt explicatur in dicto Cap. 17. nu. 9. cum ſin-
gulæ contineant 13. Lunationes in hac Tabula.
† Lunationes enim harum Epactarum menſe Ia- 4
nuario incipientes, ſunt ſecundæ in anno, & quæ
mẽſe Decembris incipiũt ſunt primæ inſequen-
tis Anni, excepta Epacta xix. cuius Lunatio, die
2. Decembris incipiens eſt vltima totius Anni.
Quando autẽ currente Epacta xviij. Lunatio die

2. Decembris incipiens eſt vltima totius Anni (quòd quidem fit, cũ ſimul eſt in vſu Aureus Numerus 19.) Annus ille Emboliſmicus quoquè eſt; Currente deniquè Epacta * Annus cõmunis eſt, cum tantum 12. Lunationes contineat, quippè cum ea Lunatio quę Calendis Ianuarij incipit ſit prima totius Anni, non autem ſecunda.

Nouilunij dies dicto citiùs è regione Epactæ,
5 † vt diximus, ſub dato menſe reperitur. Vt Anno 1636. quo Epacta eſt 23. fiet Nouilunium in Nouembri die 28. & in Decembri die 28. Et in Sept. idem fiet tum die 1. tum etiam 30. cum ſit Annus Emboliſmicus continens 13. Lunationes, vt patet à latere dictæ Tabulæ ſiniſtro, vbi ſunt inſcripti Anni Emboliſmici reſpondẽtes Epactis, qualis eſt præſens Epacta xxvij.

Nouilunium etiã ſine tabula inuenitur in quo-
6 uis Calendario Breuiarij, Miſſalis, † Officij Beatę Virginis, & quouis alio loco poſito, nam Nouilunium eo die contingit, cui Epacta currens eſt præfixa in Calẽdario, quæ Epacta poſita eſt è regione dierum menſis ad dexterã ipſius Tabulæ.

Vt in dictis exemplis ſuprà allatis, currente Epacta xxvij. in Nouẽbri Nouiluniũ fiet die 25. & in Decembri die 21. quia ijs diebus Epacta xxvij. aſcripta eſt in Calendario, ſic etiam in Iunio, vbi diei 1. & 30. habetur eadẽ Epacta notata.

..Si à die Nouilunij incluſiuè † numeres ſequẽ- 7
tes dies vſquè ad diem incluſiuè quo ætatẽ Lunæ inquiris, dices ætatem Lunæ tot eſſe dierum. Vt currente Epacta 7. ætas Lunæ die 10. Februarij continebit dies 18. quia à die 24. Ianuarij incluſiuè, quo Nouilunium fit, vſquè ad diem 10. Februarij incluſiuè percurrunt dies 18.

In poſtrema columna eiuſdem Tabulæ ad dexteram, vt dictum eſt, inuenies, quænam Epactæ conſtituant Annum Lunarem Emboliſmicũ continentem 13. Lunationes, & quæ cõmunem, continentem 12. Lunationes dumtaxat. Vbi vides Epactam xviij. eſſe indifferentem, cũ modo communem modo Emboliſmicũ, vt habetur à Clauio in Explic. Calend. Gregor. dicto Cap. 17 nu. 10.

Quia in Tabula Nouiluniorũ requiritur Epacta Anni in quo Nouilunia deſiderãtur, ideò prępoſuimus præſentem Tabulam, in qua habentur Epactæ expanſæ ab Anno currente 1636. vſquè ad Annum 1756. Qui Tabulam ad plures Annos extenſam deſiderat, eam inueniet, vſquè ad Annum 3900. apud Clauiũ in dicto libro Explicat. Calend. Cap. 12. nu. 11. fol. 185. impreſſionis Romanæ. Et vlterius ſimilis Tabula habetur cum feſtis Mobilibus, & multis alijs ſcitu dignis ab Anno 1600. vſquè ad Annũ 5000. vt in eodem libro Clauij Cap. 22. à fol. 420. vſquè ad fol. 561.

Tabula Epactarum expanſa ab Anno Domini 1636. vſquè ad 1756.

Anni Dñi	1636	1637	1638	1639	1640	1641	1642	1643	1644	1645	1646
Epactæ	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiij
Anni Dñi	1647	1648	1649	1650	1651	1652	1653	1654	1655	1656	1657
Epactæ	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	j	xij	xxiij	iiij	xv
Anni Dñi	1658	1659	1660	1661	1662	1663	1664	1665	1666	1667	1668
Epactæ	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj
Anni Dñi	1669	1670	1671	1672	1673	1674	1675	1676	1677	1678	1679
Epactæ	xxvij	viij	xix	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij
Anni Dñi	1680	1681	1682	1683	1684	1685	1686	1687	1688	1689	1690
Epactæ	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix
Anni Dñi	1691	1692	1693	1694	1695	1696	1697	1698	1699	1700	1701
Epactæ	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	ix	xx
Anni Dñi	1702	1703	1704	1705	1706	1707	1708	1709	1710	1711	1712
Epactæ	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	*	xj	xxij
Anni Dñi	1713	1714	1715	1716	1717	1718	1719	1720	1721	1722	1723
Epactæ	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiij
Anni Dñi	1724	1725	1726	1727	1728	1729	1730	1731	1732	1733	1734
Epactæ	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	*	xj	xxij	iij	xiiij	xxv
Anni Dñi	1735	1736	1737	1738	1739	1740	1741	1742	1743	1744	1745
Epactæ	vj	xvij	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj
Anni Dñi	1746	1747	1748	1749	1750	1751	1752	1753	1754	1755	1756
Epactæ	vij	xviij	*	xj	xxij	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviij

TABVLA NOVILVNIORVM
TOTIVS ANNI PERPETVA.

Quibus diebus menſium Nouilunia contingant, quacumquè Epacta currente.

Epactę	Dies Ian.	Dies Feb	Dies Mar.	Dies Apr	Dies Mai	Dies Iun	Dies Iul.	Dies Aug.	Dies Sept.	Dies Oct.	Dies Nou.	Dies Dec.	
*	1.31		1.31	29	29	27	27	25	24	23	22	21	Cōis
xxix	2	1	2	1.30	30	28	28	26	25	24	23	22	Embol.
xxviij	3	2	3	2	1.31	29	29	27	26	25	24	23	Embol.
xxvij	4	3	4	3	2	1.30	30	28	27	26	25	24	Embol.
xxvj	5	4	5	4	3	2	1.31	29	28	27	26	25	Embol.
xxv	6	5	6	5	4	3	2	1.30	29	28	27	26	Embol.
25	6	4	6	4	4	2	2.31	30	28	28	26	26	Embol.
xxiiij	7	5	7	5	5	3	3	1.31	29	29	27	27	Embol.
xxiij	8	6	8	6	6	4	4	2	1.30	30	28	28	Embol.
xxij	9	7	9	7	7	5	5	3	2	1.31	29	29	Embol.
xxi	10	8	10	8	8	6	6	4	3	2	1.30	30	Embol.
xx	11	9	11	9	9	7	7	5	4	3	2	1.31	Embol.
xix	12	10	12	10	10	8	8	6	5	4	3	2	Embol.
xviij	13	11	13	11	11	9	9	7	6	5	4	3	Indiffe.
xvij	14	12	14	12	12	10	10	8	7	6	5	4	ANNI COMMVNES.
xvj	15	13	15	13	13	11	11	9	8	7	6	5	
xv	16	14	16	14	14	12	12	10	9	8	7	6	
xiiij	17	15	17	15	15	13	13	11	10	9	8	7	
xiij	18	16	18	16	16	14	14	12	11	10	9	8	
xij	19	17	19	17	17	15	15	13	12	11	10	9	
xj	20	18	20	18	18	16	16	14	13	12	11	10	
x	21	19	21	19	19	17	17	15	14	13	12	11	
ix	22	20	22	20	20	18	18	16	15	14	13	12	
viij	23	21	23	21	21	19	19	17	16	15	14	13	
vij	24	22	24	22	22	20	20	18	17	16	15	14	
vj	25	23	25	23	23	21	21	19	18	17	16	15	
v	26	24	26	24	24	22	22	20	19	18	17	16	
iiij	27	25	27	25	25	23	23	21	20	19	18	17	
iij	28	26	28	26	26	24	24	22	21	20	19	18	
ij	29	27	29	27	27	25	25	23	22	22	20	19	
j	30	28	30	28	28	26	26	24	23	22	21	20	

Quando Epacta xxix, & Aureus Numerus 19. concurrunt incidit, aliud Nouiluniorum in diem 31. Decembris.

QVOD vno, eodemquè Die in omnibus Mundi partibus Sacroſanctum Paſcha ſit celebrandum non ſolum in hoc noſtro Hemiſphærio Boreali, ſed etiam in Auſtrali.

CAP. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Paſcha ſolemnitas cur non videatur poſſe celebrari vno eodẽquè menſe, & die in Hemiſphario Auſtrali, quo celebratur in Boreali.*

2 *Paſcha ſolemnitas ab omnibus Chriſtianis eo menſe, ac die celebrari debet, quo idem Eccleſia Romana celebrat ex Concilij Nicæni, Arelatenſis Primi, & Carthaginenſis Quarti decretis.*

3 *Paſchæ ſolemnitas celebratur Verno tempore, quia hoc tempore Chriſtus mortem ſubijt, & reſurrexit in noſtro Hemiſphærio Boreali, Ideò iſta feſtiuitas celebrari debet eo tempore, quo à maioribus fuit ordinata.*

4 *Ieiunij Quadrageſimalis labor in Auſtrali Hemiſphærio ex Indulgentia Papæ poteſt moderari per eſum lacticiniorum, & aliarum rerum, prout neceſſitas ſuaſerit.*

5 *Paſchæ celebrationi in eodem menſe, & die non obſtat diuerſitas Meridianorum.*

6 *Caput 23. Explicationis Calendarij Gregoriani à Clauio iuſſu Clementis VIII. edita, cur hoc loco ab Auctore fuerit replicatum.*

7 *Paſchæ ſolẽnitas vno eodemquè die in omnibus Mundi partibus eſt celebranda, & quare.*

8 *Paſcha cum cæteris Feſtis Mobilibus eadem die vbique gentium eſt celebrandum.*

9 *Paſcha ſolemnitas, quod eſſet eadem die celebranda vbiquè ponitur ratio.*

10 *Feſta Mobilia, non autem fixa, ſunt vbique eadem die celebranda.*

11 *Caput 23. Explicationis Calendarij Gregor. cur per extenſum fuerit in hoc Cap. 38. replicatũ.*

12 *Auctoris inſtantia apud S. D. N. Vrbanũ VIII. pro initio celebrationis Miſſarum in locis in quibus Aurora, vel eſt continua, vel omninò ceſſat, & num. 14.*

13 *Paſcha celebrationis eadem die vbique decretum declaratur & approbatio eiuſdem declarationis à Clemente Octauo.*

1 AMBIGVNT nonnulli, quo anni tempore Sacroſanctum † Paſcha celebrãdum ſit ab ijs, qui aliud hemiſphærium ab Æquatore verſus Meridionalem plagam incolunt, Polumquè Antarticum ſuprà Horizontem habent cõſpicuum. Cum enim præceptum ſit, vt obſeruetur Vernum tempus, quo Sol, tranſcenſo Æquatore, magiſq. verſus noſtras regiones mouetur, nobiſque quotidie fit propinquior: ſi eodem, quo nos, tẽpore illi Populi Paſcha peragerent, contraria profectò anni ſtatione id celebrarent, quando, videlicet, Sol ab ipſis magis, magiſque recedit, & in ipſo Autumni tempore, cum apud ipſos Autumnus ſit eo tempore, quo nobis Vernum tẽpus adeſt. Adde quod illis Quadrageſimale ieiunium perincommodum eſt, ac moleſtum, propterea quod incidit apud ipſos in fine Æſtatis, quando maximi adhuc calores vigent.

DICENDVM tamen breuiter eſt, omnes
Chriſtianos debere eo menſe, ac die † Paſcha 2
celebrare, quo idem Eccleſia Romana celebrat, iuxtà decretum Sacræ Nicænæ Synodi, & Concilij Arelatenſis Primi, in quo, vt habetur *de conſecrat. diſt. 3. cap. de Obſeruatione*, ita cautum eſt. *Statuimus, vt vno die, & tẽpore Paſcha obſeruetur.* Et idem ſancitum fuit in Concilio Carthaginẽſi Quarto, vt habetur in eadem *diſt.* ſub his verbis. *Paſcha ſolemnitas vna die, & tempore celebranda.* Idem teſtatur Sanctus Ambroſius in Epiſt. 83. ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos, vbi de eadem ſolemnitate Paſchali ſic ſcribit. *Non mediocris eſſe Sapientiæ, diem celebritatis definire Paſchalis, & ſcriptura Diuina nos inſtruit, & eruditio Maiorum, qui conuenientes ad Synodum Nicænam, inter illa Fidei vt vera, ita admiranda Decreta, etiam ſuper celebritate memorata, congregatis peritiſſimis calculãdi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quaſi quendam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulũ enneadecaeterida nuncuparunt, ſequentes illud, quod non debeamus vana quadam opinione ſuper celebritate huiuſmodi fluctuare, ſed vera ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, vt vna nocte vbique ſacrificium pro Reſurrectione Domini deferatur.*

Nequè ad rem facit, † quod habitantibus ad 3
Meridionalem plagam vltrà Æquatorem Ver incidat in Septembrem, Sanctum enim Paſcha celebratur in memoriam mortis, & Reſurrectionis IESV CHRISTI Domini Noſtri, qui in hac Mundi regione, ideſt, in Hemiſphærio Boreali tempore noſtri Æquinoctij Verni mortem ſubire & à mortuis reſurgere voluit. Quare feſtiuitatem hanc omnes eo tempore, quo à maioribus ordinata fuit, celebrare debent.

Quod ſi Auſtralibus Populis † ieiunium Qua- 4
drageſimale nimis laborioſum, ac moleſtum, propter anni tempus fuerit, potuerũt à Summo Pontifice petere, vt eis cõcedat eſum lacticiniorum, & aliarũ rerum, prout neceſſitas id ſuaſerit.

Nequè verò huic rei obſtat † Meridianorum 5
diuerſitas. Cum enim Sol ſpatio 24. horarum ab Ortu in Occaſum feratur, poterunt omnes in eo

ſpatio

ſpatio ſucceſſiuè habere diem Dominicum, alij alijs tardius, in quo Sacri Paſchatis diem celebrare poſſint in honorem Reſurrectionis Domini Noſtri IESV CHRISTI.

ANNOTATIO
Ad præſens CAP. XXXVIII.

DVPLICI de cauſa ferè totũ hoc Caput
6 deſumpſimus,† & de verbo ad verbũ exarauimus ex Cap.23. Explicationis Calendarij Gregoriani à Clauio iuſſu Clementis Papæ VIII. editæ. Quarum prima eſt propter materiã in eo Ca-
7 pite contentam, nimirum, † quod vno eodẽquè die in omnibus Mundi partibus Sacroſanctum Paſcha eſt celebrandum, non ſolum à Populis in regionibus Septemtrionalibus, ſed etiam ab his, qui Meridionalem plagam incolunt, & Polum Antarticum habent conſpicuum, ſuprà Horizontem, etiam quod iſtis Autumni tempus reſpondeat Verno tempori, quo ex decreto Concilij Nicæni, & aliorum Conciliorum, vt ſuprà nu.2. Paſcha eſt celebrandum in hac noſtra regione Septemtrionali.

Quia cum CHRISTVS Dominus fuerit paſſus, & Reſurrexerit in hac noſtra regione Septẽtrionali Verno tempore, hoc eodem tempore dicta Paſchæ ſolemnitas eſt facienda, quo etiam à maioribus eſt ordinata.

Non obſtante moleſtia ieiunij Quadrageſimalis, vt dictum eſt nu.4. propter recurſum ad Summum Pontificem.

Nec etiam obſtante Meridianorũ diuerſitate, vt num.5. dicitur, quia in curſu 24. horarum Sol fertur ab Ortu in Occaſum per vniuerſum Mũdi orbem, in quo ſpatio omnes Populi Septemtrionales, & Meridionales dictam ſolemnitatem poſſunt celebrare eadem die alij alijs tardiùs.

Et ex hoc vltimo ſequitur, quod non ſolum
8 ſolemnitas Paſchalis, ſed omnes aliæ † feſtiuitates Mobiles, quæ feſtã mobilia dicuntur, eadem die in Vniuerſo Terrarum Orbe ſunt celebrandæ cum iſtæ à Paſchali die dependeant, & ſicut Paſcha eadem die, vt dictum eſt in toto Mundo eſt celebrandum, ita & reliqua feſta Mobilia Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, eadem die ſunt recolẽda, quod non eſt impoſſibile propter continuum Solis motum, qui vt dictum eſt, eadem die, & omnibus anni diebus vniuerſum Orbem luſtrãdo omnes percurrit Meridianos in vtroquè hemiſphærio Boreali, & Auſtrali, & ſunt clara verba *Eccleſiaſt. cap.*1. loquẽdo de Sole, ibi, *Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur;*

Ita vt non ſit nouum, quod Paſchalis ſolemnitas eadem die, & menſe poſſit celebrari, & de facto ſit celebranda in omnibus Mundi partibus iuxtà Conciliorum decreta.

Nec propterea dicimus eſſe ſuperflua dicta decreta, quia † licet Sol quauis die curſu 24.ho- 9
rarum omnes Mũdi Meridianos percurrat, quod in omnibus alijs diebus accidit, quia cum ex dictis Conciliorum decretis Verno tempore Paſcha ſit celebrandum, poſſent Populi Auſtralem plagam incolentes dictam feſtiuitatem tempore Verno recolere, prout Vernum tempus illis contingit, quod eſt de menſe Martij, reſpondente in Populis Borealibus in menſe Septembris in Autumno, contrà mentem Conciliorum, & obſeruantiam Eccleſiæ Romanæ, vt ſuperiùs diximus num.2. & 3.

Et propterea ſtatutum eſt, quod licet Sol ea die, qua Borealibus Populis conuenit Paſchatis celebratio omnes Mundi Meridianos luſtret, eadem etiam die dicta ſolemnitas celebretur, non expectato Verno tempore contingente alijs Populis, ſed prout ab Eccleſia Romana recolitur, memoria Paſſionis, & Reſurrectionis, cùm hoc tempore, vt diximus, CHRISTVS Dominus mori, & reſurgere voluerit, non prout accidit hoc Vernum tempus in alijs Regionibus, ſed alię omnes Regiones accommodare ſe debeant præſentis feſti celebrationi, prout celebratur in Hemiſphærio Boreali, & ſimiliter omnibus alijs feſtis Mobilibus, vt dictum eſt.

Quod tamen non eſt † ſeruandũ in alijs Anni 10
feſtiuitatibus, quæ ſtatis menſium diebus occurrunt cum hæ debeant ſolẽnizari in diebus menſium quibus incidunt in ipſis Regionibus, cum aliàs non reperiatur ab Eccleſia ſtatutum, ſicut de celebritate Paſchali à qua cætera feſta Mobilia non autem fixa, ſiue immobilia, dependent, vt eadem die celebrandæ ſint in vniuerſo Mundo. Aliàs anim in regione Auſtrali feſtiuitas Natiuitatis Domini Noſtri celebraretur in Æſtate poſt Solſtitium Æſtiuum, & Natiuitas S. Io. Baptiſtæ in Hyeme poſt Solſtitium Hyemale, ſi iſte feſtiuitates recolerentur eadem die qua ſolemnizantur in hemiſphærio Boreali, quod non eſt dicendum, vt de ſolemnitate Paſchali, quæ vna eademquè die in omni Mundo eſt celebranda ex Conciliorum decretis, vt iam dictum eſt.

Secunda Cauſa, quæ dedit † occaſionem hoc 11
loco ponendi præſens Caput, de celebratione Paſchatis in eadem die in Vniuerſo Terrarum Orbe, etiam quod in Hemiſphærio Auſtrali co tempore Autumnale tẽpus recurrat, cum Verno tempore ſit Paſcha celebrandum, vt ſuperiùs diximus ſecunda, inquam, cauſa fuit pro confirmatione eorum, quæ aliàs cumulauimus, & in ſpecie ſuprà Cap.19. de çelebratione Miſſarum. Vbi diximus, quod iuxtà Rubricam 15. Miſſalis, Miſſa celebrari poteſt ab Aurora vſquè ad Meridiem.

Circà

Circà quam Rubricam oriebatur dubiũ, quod nõ videbatur vniuerſalis, cum Aurora nõ ſemper illuceſcat in Vniuerſo Terrarum Orbe, vt aduertimus in dicto Cap. 19. n. 17. 18. & 19. Et demonſtrauimus Cap. 24. à num. 5. & ſequent. & nu. 9. vbi habentur Curſus Solis per totum Annum à Polo eleuato Grad. 66 m. 30. vſquè ad Grad. 90. Et fusè oſtendimus Cap. 25. à nu. 10. vbi habetur Curſus Auroræ in Vniuerſo Terrarum Orbe.

12 Ac propterea † dicebã S. D. N. VRBANO VIII. quod cum quotidiè in Vniuerſo Terrarum Orbe Miſſa ſit celebrãda, in locis quibus habetur Aurora, ab eius initio dicta celebratio poteſt inchoari, iuxtà dictam Rubricam Miſſalis, in locis verò in quibus dicta Aurora, vel eſt continua, vt non ſit eius aſſignare initium, niſi ab Horizõte in Occaſu Solis, aut à media nocte, quæ duo principia ſunt inconuenientia, vel omninò ceſſat ſtãte luce continua Solis ſuprà Horizontem, vel tenebris continuis, aliud eſſe aſſignandum initium, cum dicta Rubrica propterea non ſit vniuerſalis.

Quod benè videtur confirmari ex ſupradicto decreto Conciliorum celebrationis Paſchatis, nimirum, quod Paſcha celebretur Verno tẽpore vna eademquè die, & tempore in Vniuerſo Terrarum Orbe. Quod decretum licet omnes gentes in Vniuerſum obliget, non tamen eſt vniuerſale in eo, quod dicitur de tempore Verno, cum hoc tempus Vernum in Boreali hemiſphærio nõ reſpondeat in hemiſphærio Auſtrali eidem tempori Verno, ſed Autumnali, in quo tamen Paſcha eſt celebrandum licet in dicto hemiſphærio non ſit tempus Vernum, vt vna eadẽquè die, omnes gentes conueniant, etiam quod in hac Auſtrali regione ieiunium Quadrageſimale ſit moleſtum, & laborioſum, quod ex Pontificum conceſsione moderari poteſt per eſum lacticiniorum, & aliarum rerum, vt dictum eſt ſupra num. 4.

13 Duo enim in dicto decreto continentur, † nimirum, tempus Anni currentis, quod ſit Verno tempore, & quod ſit eadem dies celebrationis Paſchę, quę duo ſimul iũcta, nimirũ, quod Verno tempore, & eadem die in vniuerſo Mũdo Paſcha celebretur, in vtroquè Hemiſphærio Boreali, & Auſtrali nõ poſſunt verificari, vt ſuprà dictum eſt.

Ideòque in Cap. 23. Explicationis Calendar. Gregor. ſublata eſt difficultas quoad tẽpus Vernum, nimirum, quod Paſcha celebretur Verno tempore in Hemiſphærio Boreali, & eadem die recolatur eadem feſtiuitas etiam in Hemiſphęrio Auſtrali, non obſtante, quod tunc in hoc Hemiſphęrio Autumnale non Vernum tẽpus recurrat.

Quæ declaratio à Clauio poſita in Cap. 23. explicat. Calend. Gregor. & à nobis in hoc Cap. ad verbum repetita, fuit approbata à fel. record. Clemente VIII. in Bulla deſuper edita, quã per extẽſum exarauimus infrà Cap. 40. In qua in § 4. explicationẽ Calendarij eiuſdem Pontificis iuſſu editã approbauit, ibi, *Quare nos, ne de cætero cõtra dictũ Calendarium aliquid obijci, aut confingi poſſit, opportunè prouidere volentes, dicti Calendarij explicationem à prædicto Chriſtophoro Clauio editam per præſentes approbamus, &c.*

Ita vt nõ poſsit vlterius dubitari de validitate dictæ declarationis poſitæ in dicta explicatione Calendarij approbata à præfato Clemente VIII. Omiſſo quod dictũ decretum aliter interpretari non poteſt, ſi vbiquè vna nocte ſacrificium pro Reſurrectione Domini eſt deferendum, quæ ſunt verba S. Ambroſij, vt dictum eſt ſuprà n. 2. in fin.

Et ideò pluries apud dictũ Sanctiſs. Dominum
Noſtrum VRBANVM VIII. humiliter inſteti, † vt 14
dicta Rubrica 15. Miſſalis declararetur eã extendendo ad loca, in quibus Aurora, vel eſt cõtinua, vel omninò ceſſat, & in eis terminum aſsignare vellet pro initio celebrationis Miſſarũ; ſicur fuit præfixus in locis in quibus habetur Aurora, vt ſuperiùs diximus præſertim in Cap. 19. à nu. 17. Vt benè etiam in hac difficultate dicit *Marcell. Francol. de Tẽp. Hor. Canon. c. 40. n. 2. in fin.* quod benè eſſet, ſi pro ijs aliqua emanaret Cõſtitutio.

De modo, autem qualiter dicta Rubrica poſsit fieri vniuerſalis, cũ multi ſint propoſiti, ad Summum Pontificem ſpectat aliquem eligere, vel nouum adinuenire, nobis autem ſufficit oſtendiſſe dictam Rubricam, prout iacet non eſſe vniuerſalem, vt oſtendimus in diſcurſu deſuper de ordine Sanctiſſimi edito Anno 1634.

AD LECTOREM.

CVM iſta duo quæ in his duobus vltimis cõtinentur Cap. 37. & 38. ſint Clericis omnibus, & etiam alijs perſonis, notare ea deberẽt in eorum Breuiarijs, & Miſſalibus. Nam in Cap. 37. ex cognitione Nouilunij datæ Epactæ in perpetuum, illicò dignoſcitur, quæ ſit Luna Paſchalis illa nimirũ, cuius dies decimaquarta includẽdo ipſum diem Nouilunij, incidit in diẽ Æquinoctij Verni, (quod accidit die 21. Martij) vel proximè ſequitur, nam quę præcedit dictum Æquinoctium non eſt Luna Paſchalis, ſiue primi menſis, ſed vltimi mẽſis. Et Dominica, nõ in quam cadit ipſa Luna decimaquarta, ſed quã proximè ſequitur, eſt Dominica Paſchalis, vt ſuperiùs Cap. 33. diximus. Ex poſteriori verò Cap. 38. habetur quod multũ etiam viris doctis erat ignotum, & difficilè, quod Paſcha eadem die in vniuerſo Mundo celebrari debet Verno tempore in Regione Boreali, etiam quod in Auſtrali Hemiſphęrio, Autumnale tunc tẽpus recurrat. Et cum à Paſchatis celebratione pendeant omnia feſta Mobilia, idem de iſtis erit dicendum. Hæc Benigno Lectori monuiſſe placuit, quia iſta ſunt valdè notabilia.

CA-

CALENDARII GREGORIANI PERPETVI.

Literæ Apoſtolicæ GREGORII XIII. PONT. MAX.

In quibus habetur Compendium Correctionis Anni.

CAP. XXXIX.

CVM ea, quæ in nouo Calendario ſtabilita fuerunt, omnia ferè compendiata, habeantur in literis Apoſtolicis GREGORII XIII. Pont. Max. deſuper emanatis, ſub hoc titulo, *Calendarium Gregorianum Perpetuum.* Orbi Chriſtiano Vniuerſo à GREGORIO XIII. Pont. Max. propoſitum Anno M.D.LXXXII. Ad maiorem confirmationem eorum, quæ diximus placuit eas per extenſum hoc loco ponere, & in ſequēti etiam Capite ſimiles literas Apoſtolicas in forma Breuis CLEMENTIS VIII. Pont. Max. cuius iuſſu Chriſtophorus Clauius edidit Explicationem ipſius Calendarij, vt ibi dicetur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. INTER grauiſſimas Paſtoralis officij noſtri curas, ea poſtrema non eſt, vt quæ a Sacro Tridentino Concilio Sedi Apoſt. reſeruata ſunt, illa ad finem optatum, Deo adiutore, perducantur. Sanè eiuſdem Concilij Patres, cum ad reliquam cogitationem Breuiarij quoquè curam adiungerent, tempore tamen excluſi rem totam ex ipſius Concilij decreto ad auctoritatem, & iudicium Romani Pontificis retulerunt.

§. 2. Duo autem in Breuiario præcipuè continentur, quorum vnum preces, Laudeſquè diuinas feſtis pro feſtiſque diebus perſoluēdas complectitur, alterum pertinet ad annuos Paſchæ, feſtorumquè ex eo pendentium recurſus, Solis, & Lunæ motu metiendos.

§. 3. Atquè illud quidē fel. rec. Pius V. Prædeceſſor noſter abſoluendum curauit, atquè edidit.

§. 4. Hoc verò, quod nimirū exigit legitimam Calendarij reſtitutionem, iādiu à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & ſæpiùs tentatum eſt, verum abſolui, & ad exitum perduci ad hoc vſquè tempus non potuit, quod rationes emendandi Calendarij, quę à cęleſtium motuum peritis proponebantur, propter magnas, & ferè inextricabiles difficultates, quas huiuſmodi emendatio ſemper habuit, neque perēnes erant, neque antiquos Eccleſiaſticos ritus incolumes (quod in primis hac in re curandū erat) ſeruabāt.

§. 5. Dum itaquè nos quoquè credita nobis, licet indignis, à Deo licet diſpenſatione freti, in hac cogitatione, curaquè verſaremur, allatus eſt nobis liber à dilecto filio Antonio Lilio Artium, & Medicinæ Doctore, quem quondam Aloyſius eius germanus frater conſcripſerat, in quo per nouum quēdam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipſius Aurei Numeri normam directum, atquè ad quamcumquè Anni Solaris magnitudinem accommodatum, omnia, quę in Calendario collapſa ſunt conſtanti ratione, & ſeculis omnibus duratura, ſic reſtitui poſſe oſtēdit, vt Calendarium ipſum nulli vmquàm mutationi in poſterum expoſitum eſſe videatur. Nouam hanc reſtituendi Calendarij rationem exiguo volumine cōprehēſam ad Chriſtianos Principes, celebrioreſquè vniuerſitates paucos ante annos miſimus, vt res quæ omnium communis eſt, communi etiam voto perficeretur, illi cum, quæ maximè optabamus, concordes reſpondiſſent, eorum nos omnium conſenſione adducti, viros ad Calendarij emendationem adhibuimus in Alma Vrbe harum rerum peritiſſimos, quos longè ante ex primarijs Chriſtiani orbis nationibus delegeramus. Ij cum multum temporis, & diligentiæ ad eam lucubrationem adhibuiſſent, & Cyclos tàm veterum, quàm recentiorum vndiquè conquiſitos, & diligentiſſimè perpenſos inter ſe contuliſſent ſuo, & doctorum hominum, qui de ea re ſcripſerunt iudicio, hunc præ cęteris elegerunt Epactarū Cyclum, cui nonnulla etiam adiecerunt, quæ ex accurata circumſpectione viſa ſint ad Calendarij perfectionem maximè pertinere.

§. 6. Conſiderantes igitur, nos ad rectam Paſchalis feſti celebrationem iuxtà Sanctorum Patrum, ac veterum Romanorum Pontificum, præſertim Pij, & Victoris Primorum, necnon magni illius æcumenici Concilij Nicæni, & aliorum Sanctiones, tria neceſſaria coniungenda, & ſtatuenda eſſe, Primum certa Verni Æquinoctij ſedem. Deindè rectam poſitionem 14. Lunæ primi menſis, quæ vel in ipſum Æquinoctij diem incidit, vel ei proximè ſuccedit, poſtremò, primū, quemque diem Dominicum, qui eādem 14. Lunam ſequitur, curauimus non ſolū Æquinoctium Vernum, in priſtinam ſedem, à qua iam à Concilio Nicæno decem circiter diebus receſſit reſtituendum, & 14. Paſchalem ſuo in loco, à quo quatuor, & eò amplius dies hoc tempore diſtat, reponendā, ſed viàm quoque tradēdam, & rationem, qua cauetur, vt in poſterum Æquinoctium, & 14. Luna a proprijs ſedibus, numquàm dimoueantur.

§. 7. Quo igitur Vernum Æquinoctium, quod à Pa-

muniā

Google

à Patribus Concilij Nicæni ad 12. Kal. Aprilis fuit conſtitutum ad eamdem ſedem reſtituatur. Præcipimus, & mandamus, vt de menſe Octobri Anni 1582. decem dies incluſiuè à tertia Nonarum, vſquè ad pridie Idus eximantur, & dies, qui feſtum S. Franciſci 4. Nonas celebrari ſolitum ſequitur, dicatur Idus Octobris atque in eo celebretur feſtum SS. Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij martyrum, cum cōmemoratione S. Marci Papæ, & Confeſſoris, & SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apulei martyrum, ſeptimo decimo Kalend. verò Nouemb. qui dies proximus ſequitur celebretur feſtum S. Callixti Papæ, & Martyris, deindè xvj. Kalend. Nouemb. fiat Officium, & Miſſa de Dominica xviij poſt Pentec. mutata Litera Dñicali G. in C. quinto decimo Kal. Nouēb. dies feſtus agatur S. Lucæ Euāgeliſtæ, à quo deinceps agantur feſti dies, prout ſunt in Calendario deſcripti.

§.8. Ne verò ex hac noſtra decem dierū ſubtractione alicui quo ad annuas, vel mēſtruas præſtationes pertinet præiudicium fiat, partes iudicū erunt in cōtrouerſijs, quæ ſuper hoc exortę fuerint, dictæ ſubtractionis rationem habere addēdo alios x. dies in fine cuiuslibet præſtationis.

§.9. Deindè, nè in poſterū à xij. Kal. Apr. Æquinoctiū pręcedat, ſtatuimus, Biſſextū quarto quoq. anno (vti mos eſt) continuari debere, præterquàm in centeſimis annis: Qui quamuis Biſſextiles antea ſemper fuerint, qualem etiam eſſe volumus annū 1600. poſt eum tamen, qui deinceps conſequentur centeſimi non omnes Biſſextiles ſint, ſed in quadringentis quibuſcumque annis primi quiquè tres centeſimi ſine Biſſexto tranſigantur, quartus verò quiſquè cēteſimus Biſſextilis ſit, ita vt annus 1700. 1800. 1900. Biſſextiles non ſint, anno verò 2000. more conſueto dies Biſſextus intercaletur, Febr. dies 29. continente, idemq. ordo intermittēdi intercalendiq. Biſſextū diē in 400. quibuſq. annis perpetuò cōſeruetur.

§.10. Quo item xiiij. Paſchalis rectè inueniatur, itemquè dies Lunæ iuxtà antiquum Eccleſię morē, ex Martyrologio ſingulis diebus ediſcendi fideli Populo verè proponantur, ſtatuimus, vt amoto Aureo Numero de Calēdario, in eius locum ſubſtituatur Cyclus Epactarum, qui ad certam (vti diximus) Aurei Numeri normā directus efficit vt Nouiluniū, & xiiij. Paſchalis verò loca ſemper retineant. Idquè manifeſtè apparet ex noſtri explicatione Calēdarij, in quo deſcriptæ ſūt etiam Tabulæ Paſchales, ſecundum priſcum Eccleſiæ ritum, quò certiùs, & faciliùs Sacroſanctum Paſcha inueniri poſſit.

§.11. Poſtremo quoniā partim ob decem dies de menſe Octobri Anni 1582. (qui Correctionis Annus rectè dici debet) exēptos, partim ob ternos etiam dies, quolibet quadrigentorum annorum ſpatio minimè intercalēdos interrumpatur, neceſſè eſt Cyclus Literarum Dominicaliū 28. annorum ad hanc, vſquè ad diem vſitatus, in Eccleſia Romana; volumus in eius locum ſubſtitui eumdem Cyclum 26. annorum ab eodem Lilio, tùm ad dictam intercalandi Biſſexti in cēteſimis annis rationem, tùm ad quamcumque anni Solaris magnitudinem accōmodatum, ex quo Litera Dominicalis beneficiò Cycli Solaris, æquè facilè ac prius, vt in proprio Canone explicatur reperiri poteſt in perpetuum.

§.12. Nos igitur, vt quod propriū Pont. Max. eſſe ſolet exequamur. Calendariū immenſa Dei erga Eccleſiā ſuam benignitate, iam correctum, ac abſolutum, hoc noſtro decreto probamus, & Romæ vnà cum Martyrologio imprimi, impreſſumquè diuulgari iuſſimus.

§.13. Vt verò vtrumquè vbiquè terrarum incorruptum, ac mendis, & erroribus purgatū ſeruetur, omnibus in noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio mediatè, vel immediatè ſubiecto commorantibus impreſſoribus ſub amiſſionis librorum, ac centum ducatorum auri, ipſò facto Camerę Apoſtolicę applicandorum, alijs verò in quacumque Orbis parte conſiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententię, ac alijs arbitrio noſtro pœnis, ne ſine noſtra licentia Calendarium, aut Martyrologium ſimul, vel partim imprimere, vel proponere, aut recipere vllo modo audeant, vel præſumant prohibemus.

§.14. Tollimus autem, & abolemus omninò vetus Calendarium, volumuſquè, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & cęteri Eccleſiarum Præſides, nouum Calendarium (ad quod etiam accommodata eſt ratio Martyrologij) pro diuinis Officis recitādis, & feſtis celebrandis, in ſuas quiſque Eccleſias, Monaſteria, Conuentus, Ordines, Militias, & Diœceſes introducant, & eo ſolo vtantur, tàm ipſi, quam cæteri omnes Presbyteri, & Clerici ſeculares, & regulares, vtriuſquè ſexus, necnon milites, & omnes Chriſtifideles, cuius vſus incipiet poſt decem illos dies, ex menſe Octobris Anni 1582. exemptos. Ijs verò, qui longinquas incolunt regiones, vt ante præſcriptum à nobis tempus harum literarum notitiam habere non poſſint. Liceat, eodem tamen Octobri menſe inquentis Anni 1583. vel alterius, cum primum, ſcilicet ad eos hæ noſtræ literæ peruenerint, modo à nobis paulò ante tradito, eiuſmodi mutationem facere, vt copioſus in noſtro Calendario Anni Correctionis explicabitur.

§.15. Pro data autē nobis à Domino auctoritate hortamur, & rogamus chariſsimū in Chriſto

filium

Digitized by Google

filium noſtrum Rodulphum Romanorum Regem Illuſtrem, in Imperatorem electum, cæteroſquè Reges, Principes, ac Reſpublicas iiſdem mandamus, vt quo ſtudio illi, à nobis contenderunt, vt hoc tàm præclarum opus perficeremus eodem, immò etiam maiore, ad conſeruandã in celebrandis feſtiuitatibus, inter Chriſtianas nationes concordiam, noſtrum hoc Calendarium, & ipſi ſuſcipiant, & à cunctis ſibi ſubiectis populis religioſè ſuſcipiendum, inuiolatèq. obſeruandum curent.

§. *16.* Verum quia difficilè foret pręſentes literas ad vniuerſa Chriſtiani orbis loca deferri, illas ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ Valuas, & Acie Campi Floræ [illegible]i, & affigi, & earũdem literarum exẽplis, [illegible]s, & voluminibus Calendarij, & Martyrologij inſertis, & prępoſitis, ſiue manu Tabellionis publici ſubſcriptis, necnon ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ obſignãdis, eamdem prorſus indubitatã fidem, vbiquè gentium, & locorum haberi præcipimus, quæ originalibus literis exhibitis omninò haberetur.

§. *17.* Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam noſtrorum Præceptorum, mandatorum, ſtatutorum, voluntatis, probationis, prohibitionis, ſublationis, abolitionis, hortationis, & rogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſuru[illegible].

Datum Tuſculi, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quinquenteſimo octuageſimo ſecundo, ſexto Kal. Martij, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Cæſ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri IESV Chriſti Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo. Indictione decima, die verò Iouis prima menſis Martij, Pontificatus verò Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & S.D N. Gregorij Diuina prouidentia Papa XIII. Anno eius X. Retroſcripta literæ Apoſtolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt in Valuis Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Scipionem de Octauianis Apoſt. Curſ.

Franciſcus Baron Mag. Curſ.

☞ *Iſta Bulla habetur in nouo Bullario Tom. II. Conſtitut. 74. fol. 343. eiuſdem Gregorij. Vbi habetur incorrecta:*

Literæ Apoſtolicæ CLEMENTIS VIII. in forma Breuis ſuper Calendario Gregoriano. Confirmatione, & Defenſione, vnà cum approbatione Explicationis dicti Calẽdarij, eius iuſſu editæ. Auctore Chriſtophoro Clauio.

CAP. XL. ET VLTIMVM.

CALENDARIVM à GREGORIO XIII. reſtitutũ fuit, poſtea à CLEMENTE VIII. ampliſſimè confirmatum, & etiam improborum hominum audacia refracta, *qui hoc tàm præclarum Opus*, vt ipſum vocat Gregorius in Bulla ſuperiùs recitata in §. 15. vel vt inferiùs à Clemente in principio, *hoc magni laboris Opus, tantorum virorum induſtria, & ſtudio confectum* oppugnare, & calumnijs laceſſere, & in ſpecie Franciſcus Vieta (de quo in ſequenti Capite) qui à ſe cõficto Calendario Bullam GREGORII XIII. præponere fuit auſus. Ac deniquè eiuſdem Pontificis iuſſu Explicatio dicti Calẽdarij edita à Chriſtophoro Clauio, qui inſignẽ in eiuſdem Calẽdarij emendatione operam ſub Gregorio nauauit, & impreſſionem fieri mandauit impenſis Reuerendæ Cameræ Apoſt. eiuſquè curã mihi demandata fuit.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. QVÆCVMQVE à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ad cõmunem totius Catholicæ Eccleſiæ vtilitatem, diuturno ſtudio, & longa deliberatione piè, ſapienter ſancita, & decreta ſunt, debent à nobis non ſolum omni ope ab iniquorum hominum impugnatione defendi, ſed etiam, quantum in Domino licet auctoritate Apoſtolica confirmari. Cum igitur fel. rec. GREGORIVS PAPA XIII. Prædeceſſor noſter Calendarium Romanum, atquè Annum Eccleſiaſticũ, quæ ob minuta quædam neglecta proceſſu temporis ita à vero deflexerat, vt niſi idem Gregorius opportunè prouidiſſet ſacrum Paſchę diem plerumquè extrà legitimum tempus à ſacris Concilijs, & Patribus conſtitutũ in poſterum exhibuiſſet celebrandum tanta cura, & felicitate in priſtinum ſtatum reſtituerit, vt prædictum Calendarium nulli vnquam mutationi expoſitum eſſe videatur.

§. 2. Quia tamen nõnulli improbi homines eò audaciæ proruperunt, *vt hoc magni laboris Opus, tantorum virorum induſtria*, & ſtudio confectum oppugnare, atquè calumnijs laceſſere, idquè illi obijcere præſumpſerit, quod nõ ſemper moribus cæleſti-

cæleſtibus ad vnguem reſpondeat: quaſi verò huiuſmodi Calendarij forma excogitari poſſit, quæ vna, & eadem cum omnium, qui ſubſequuntur, annorum decurſu ſemper conueniat, & nullo vmquam tempore à motibus cæleſtibus, vel minimè diſcrepet, ac præcipuè quidam Franciſcus Vieta in tantam imprudẽtiam peruenerit, vt Calendarium quondam à ſe compoſitum plenum erroribus, & Gregoriano planè contrariũ, Gregorianum tamen inſcribere, & edere auſus ſit, eiquè prædicti Gregorij prædeceſſoris literas emẽdationis, & reſtitutionis Calendarij præpoſuerit, vt propoſita palàm veri ſpecie falſæ ſuæ doctrinæ venenum inſtillaret.

§. 3. Nos attendẽtes huiuſmodi Calendarium à prædicto Gregorio prædeceſſore noſtro, ſumma diligẽtia, & ſedulitate adhibitis in hoc Opus, viris harum rerum peritiſſimis, eſſe reſtitutum, illudquè perfectum, perpetuumquè iure optimo inſcribi potuiſſe, quod ſẽper ſuis præcipuis partibus integrum perſiſtat, nec mirãdum eſſe, quod Cyclus noſtrarũ Epactarũ in dies Calẽdatij diſtributus, interdũ Nouilunijs, ac Lunis xiiij. Paſchalibus nõ omninò cum motibus Cælorum cõſentiat, cum hoc in omni Cyclo neceſſariò eueniat, ſatiſquè ſit, quod error hic qui euitari nequit, multo rarior deprehendatur in nouo hoc Calendario, quàm in vllo alio: propterea ad maiorem illius declarationem, & ad omnem eius impugnandi occaſionem, cæteraſquè difficultates tollẽdas dilecto filio Chiſtophoro Clauio Bambergenſi Societatis IESV religioſo, viro hac in re verſatiſsimo, & qui inſignem in eiuſdem Calendarij emendatione operam ſub eodem Gregorio nauauit, mandauimus, vt explicationes in prædictum Calendarium ederet, tùm ad confirmandas eiuſmodi Calendarij, ac Gregorij rationes, tùm ad omnium aduerſariorum commẽta infringenda, qui tandem, poſt multas lucubrationes hunc *librum diu deſideratum* nobis obtulit, eũquè Romani Calendarij à GREGORIO XIII Pont. Max. reſtituti explicationẽ iuſſu noſtro editam, nuncupauit, in quo aduerſariorũ errores perſpicuè confutantur, doceturquè hoc Calendarium futurum Perpetuum, ita vt nulli vmquàm, ne minimę quidem mutationi, quoad diſpoſitionem Epactarum attinet obnoxium ſit, quamquàm, poſt plurima elapſa ſecula alia Solaris anni, & Lunaris æquatio, fortaſſis inſtituenda ſit.

§. 4. Quare, Nos, ne de cęterò contrà dictum Calendarium aliquid obijci, aut confingi poſſit, opportunè prouidere volentes dicti Calendarij explicationem à prædicto Chriſtophoro Clauio editam per præſentes approbamus, cętera verò Calendaria à quibuſuis iam confecta huic aliqua ratione cõtraria, quæ mendoſiſſima Eccleſiæ obtrudũtur, præſertim illud, quod dictus Franciſcus Vieta propria auctoritate edidit, & à Gregoriano, præter alia diſcernitur, quod in illo, ad primam diem Ianuarij Epacta xxx, ſiue hoc ſigno * notata, ſicut in Calendario habetur, non deſcripta ſit, vt in Gregoriano, annuſquè cum Epacta xxix. ab octaua die Martij incipiat, quæ res inaudita eſt, & Patribus Nicæni Concilij prorſus cõtraria, necnon quæcumquè alia forſan in poſterum edenda in vniuerſo Chriſtiano Orbe Perpetuò abrogamus, eorumquè vſus vbiquè interdicimus, ac prohibemus.

§. 5. Sicq. ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumquè Iudices ordinarios, & delegatos iudicari, & definiri debere, irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quocumquè, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentare, decernimus.

§. 6. Præcipientes in virtute Sanctę Obedientiæ Vniuerſis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primaribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs, eorumquè Vicarijs in Spiritualibus generalibus, vt præſentes literas noſtras, in eorũ cuiſquè Eccleſijs, Ciuitatibus, & Diœceſibus publicari, & obſeruari curent, & faciant:

§. 7. Non obſtãtibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoquè indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum hactenus quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cęteriſquè contrarijs quibuſcumquè.

§. 8. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ pręſentibus ipſis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xvij. Martij M.DC.III. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

PATERNAM CLEMENTIS VIII. reprehenſionem contrà Franciſcum Vietam ſuperiori Capite vidimus, & quia non ſolum Calendarium ſuũ titulo *Calendarij Gregoriani* nimis audacter, & temerariè inſigniuerat, de quo à Clemente reprobatur, ſed vlteriùs cum Anno milleſimo ſexcenteſimo tertio *Explicationis Calendarij Gregoriani* liber à Clauio conſcriptus, & impreſ-

Pſalmorum recitationis virtus, & effectus. cap. 14. nu. 10.
Pſalmorum librum Chriſtiani magis adamarunt præcæteris ſcripturis vtriuſquè teſtamenti. cap. 14. nu. 11.
extrà Pſalmos canonicarum ſcripturarũ nihil poeticè compoſitum pſallatur in Eccleſia. cap. 14. num. 4. quod declaratur. nu. 5.
ex Pſalmorum recitatione maximè oriuntur vtilitates. cap. 14. nu. 15.
Pſalmi priuati, & vulgares non debent in Eccleſia legi, & quod ita interpretatur Concilium Bracharenſe. cap. 14. num. 5.
Pſalmos Deus cõſtruxit, vt ex eorũ cãtu delectatio ſimul, & vtilitas caperetur, cõtrà laſciua carmina à Dęmonib⁹ inuẽta. c. 9. n. 33.
Pſalmos deuotè decantãs inter alia, quodammodo Angelis Dei ſociatur. cap. 14. nu. 14.
Pſallunt Monachi in terris, & eamdem pietatem debent habere, quam habent Martyres. cap. 14. num. 13.
Pſalterium per ordinẽ Paula recitabat, & ſui omnes Pſalmos non ignorabant. c. 14. n. 12.

R

in Romana Vrbe ad exemplum aliorum vigere maximè deberent mores laudabiles. cap. 9. nu 35.
Rubrica, ſiue nouus titulus Breuiarij in calce repoſitus, ne differeretur publicatio ipſius Breuiarij. cap. 31. nu. 4.

S

SAcerdos Miſſam celebrans ante Matutini recitationẽ, peccat mortaliter iuxtà cõmunem opinionem contrà Sotum. c. 2. nu. 67.
Salomon ſapientiam edoceri cupiebat in ſchola DEI. In proæ. nu. 8.
Sapientiam DEVS ſolus largitur, & non eſt in alia ſchola quærenda. In proæ. nu. 3.
Sapientia cum omnis à DEO ſit, optima eſt, & perfecta. In proæm. nu. 2.
Sapientiam DEVS largitur eam petentibus, & dat affluenter. In proæm. nu. 9.
Scholares qui dicantur. cap. 4. nu. 15.
Serui fideles, & prudentes, vt ſimus quid requiratur. cap. 2. nu. 92.
Signum Crucis omnibus actibus præmittendum. cap. 2. num. 1.
Signum Crucis idẽ operatur, quod faciebat in terris præſentia Corporis Chriſti. c. 2. n. 29.
Solis curſus breuiter à Sacra Scriptura deſcribitur, luſtrãdo omni die naturali horas. 24. in vniuerſo Mundo Meridianos. In ſuppl. cap. 22. nu. 9.
Locum Solis in Zodiaco ſingulis anni diebus ex Tabulis inuenire. cap. 25. num. 9.

T

TAbula Temporaria temporum ſucceſſiones in diebus, & noctibus oſtendit. cap. 30. num. 1.
Tabulæ Temporariæ vſus. cap. 30. nu. 2.
Tabulæ incrementi, & decrementi dierum, & noctium vſus. cap. 30. nu. 4.
Tabula incrementi, & decrementi dierum, & & noctium in quibus menſibus, & Signis cæleſtibus incipiat, & finiatur. cap. 30. nu. 3.
Talentorum numerus acceptus duplicari debet, vt quis fidelis ſit ſeruus. cap. 2. nu. 85.
Ratio dubitaudi ſuper duplicatione talentorum. ibid. nu. 86.
Talenta quod tantundem debet ſuperlucrari, qui ea accipit, demonſtratur ex theorematibus Perſpectiuorum. cap. 2. nu. 87.
Talentorum ſuperlucratio debet eſſe æqualis capitali, demonſtratur ex prædictis. cap. 2. num. 88.
Comprobatur ſupradicta cõcluſio ex Sancto Hieronymo. ibid. nu. 89.
Templum etiam ſuo modo dicitur baptizari. cap. 7. num. 23.
Terra mirabiliter eleuatur in Concilio, vt locum ſedendi præberet S. Hilario. c. 2. nu. 60.
Imperatori Theodoſio S. Ambroſius locum conſtituit ſeparatum à Sacerdotibus ante cancellos. cap. 2. nu. 58.
Theodoſius Imperator lubens excepit locum ſibi aſſignatum in Eccleſia. cap. 2. nu. 59.
Theodoſij Iunioris Regia non erat diſſimilis Monaſterio. cap. 10. nu. 5.
Theodoſij Iuniotis pietas. cap. 10. nu. 6.
Theodoſij eiuſdem inſtitutio Litaniæ ad aëris ſerenitatem impetrandam. cap. 10. nu. 7.
T. Liuius à S. Hieronymo laudatur. c. 12. n. 39
Vbi etiam habetur eiuſdem Epitaphium.
Trinitatis myſterium ſub nomine Domini in Pſalmis demonſtratur. cap. 2. nu. 7.
Triſagio Crucem addebat Petrus Antiochenus, quæ eſt impia blaſphemia. c. 12. nu. 20

V

VEſperarum officium dicitur lucernariũ. cap. 17. num. 42.
